cis olim audientibus emissem ĩquit pallium si nũmos haberem neminẽ poposcit omnes admonuit a quo acciperet ambiguus fuit. Hic diogenes.notissimus est cynicus diogenes cui nihil habẽti nihil defuit qui potentior Alexandro naturæ uictor humanæ cum haberet cotvlam ad potandum hoc est poculum ligne um uidit puerum manu concaua bibentem statimqꝫ id elisit ad terrã dicens nesciebam quod natura habe ret poculum puer me uilitate superauit prætorium diogenis fuit dolium in quo degebat quod ut cũqꝫ sol se inclinauerat simul uertebatur. Vñ iocabatꝰ domum se habere uolubilem de quo satvrographus sed do lia nudi nõ ardent cvnici si fregeris altera fiet cras domus hemerobios idest diarii uictus uulgo appellatus est.Duplici palliolo usus peram habuit pro cellario bacculum pro adminiculo quo se iam senex & ĩfirmus sustentabat præter hanc suppellectilem nihil quicq̃ requirens hæc sunt cynicæ insignia familiæ. Diogenis hoc erat pera & bacculus quod regibus diadema quod pontificibus galerum qui cum Alexandro Magno de ueritate regni certabundus baculo uice septri gloriabatur. De diogene Hieronvmus laertius Apule/ius.dion.cæteri.extan epistolæ ipsius Diogenis quibus.Regulas suas testatur qui præ una pera, & bacculo spreuit opes opulentas & prorsus ad uiuendum uelut ad natãdum iis melior qui onere liberior. Cecilia num a cecilio cõditore comediarum de quo sedigitus poeta. Cecilio palmã statuo de comico & oratius. Vincere cecilius grauitate terentius arte:Cecilianum & illud est homo homini deus est si suũ officiũ sciat.

sint uisa maiora.quid ergo opus ẽ dicet aliquis ra tione:aut omnino consolatione ulla:qua solemus uti cum leuare dolorem mœrentiũ uolumus: hæc enim fere tum habemus in promptu. nihil oporte re inopinatum uideri: Aut qui tolerabilius feret in cõmodum q̃ cognouerit.necesse est homini tale ali quid accidere: Hec enim oratio de ipsa summa mali nihil detrahit.tantũmodo affert nihil euenisse: qđ non opinandum fuisset.neqꝫ tamen genus id orati onis in consolando non ualet: sed id aut sciã an plu rimum ualeat.Ergo ista nec opinata non habẽt tã/tam uim: ut ægritudo ex his omnis oriatur.Feriũt enim fortasse grauius: non id efficiunt ea quæ acci dant maiora uideantur: quia recentia sunt maiora uidentur non: quia repentina: Duplex est igitur ra tio ueri reperiendi: non in his solum quæ mala: sed his etiam quæ bona uidentur.nam ut de ipsius rei natura qualis & quanta sit quærimus ut de pauper tate nonnunquã: cuius onus disputãdo leuamus: docentes quã parua: & quã pauca sint: quæ natura desideret: aut a disputandi subtilitate oratiõem ad exempla traducimus.Hic Socrates cõmemoratur. hic Diogenes: hic Cecilianum Illud sæpe est etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

Sub paliolo sapiētia:uirtus ut inqt Seneca:nulli ꝑclusa:est oibus patet.oēs admittit libertios seruos:exules nō eligit domū nec cēsum.nudo hoie cōtēta ē.nō est igit̃ a pānis & sordibus uirtus existimāda:i q̄ sniam est illđ apuleianū.ne me putetis egenū uel abiectū.ne ue de pannulis istis uirtutes meas estimetis. Plinius in epistolis tradit quosdā iterdū se ductos cultuq; pagano q̄si rusticos nō minus eē eruditos q̄ eos q studia ꝓferūt & ostētāt. Caio fabricio.norma pauptatis & exēplū apđ romāos. Caius fabritius ē q patellā & salinū ex argēto tm̄ deoꝝ colēdoꝝ cā domi habuit. Ita tn̄ ut patella corneo pediculo sustieret̃.cui⁹ filiæ ob pauptatē de

sub paliolo sordido sapiētia.cū.n.paupertatis una eademq; sit uis:quidnam dici potest: quāobrem.C. Fabritio tolerabilis ea fuerit:alii negēt se ferre posse Huic igitur alteri generi similis est ea ratio cosolandi:quæ docet humana esse: quæ acciderit. non enim solum id continet illa disputatio:ut cognitionem afferat generis humani:sed significat tolerabilia esse:quæ & tulerint:& ferant cæteri. De paupertate agitur:multi patientes pauperes commemorātur. De contēnendo honore.multi inhonorati proferuntur: & quidem propter idipsum beatiores: eorumq; qui priuatū ocium negociis publicis antetulerunt:nominatim laudatur uita.nec siletur illud potentissimi regis. Anapestum qui laudat senē & fortunatum esse dicit:q inglorius sit atq; ignobilis ad supremum diem peruenturus. similiter commemorandis exēplis orbitates quoq; liberoꝝ ꝓdicantur:eorumq; qui grauius ferunt luctus aliorū exemplis leniūtur:sic perpesso cæterorum facit ut ea quæ acciderint multo minora quā quāta sint existimata uideant. Ita fit sensim cogitantibus:ut quātum sit emētita opinio appareat. Atq; hoc idē & Telamon ille declarat:ego cū genui moriturum sciui & cætera. & Theseus. futuras mecū cōmētabar miserias. & Anaxagoras: sciebam me genuisse mortalē. Hi.n.omnes diu cogitantes de rebus humanis itelligebāt eas nequaquā pro opiniōe uulgi etiā extimescendas:Et mihi quidē uidetur idē ferre accidere iis

publico dotib⁹ donate ad maritos ierūt portantes gloriam domesticam pecuniam publicam hunc pyrrhus epirensis nullo auro nullis pollicitatōibus expugnare potuit ut secum eē uellet ac ꝓximū a rege principatū obtineret q dixit pyrrho nō hoc ille cōducibile esse. Nā si epirote inqt ambos nos norint a me regi q̄ abste malint hinc ait poeta paruoq; potentē fabricium. Et claudianus pauper fabricius pirrhi cū sperneret aurum Iulius higinus in libro de uiris illustribus. scripsit legatos sannitiū obtulisse dono Caio fabricio grandem pecuniam tū fabritiū planas manus per omnia fere corporis mēbra deduxisse. & legatis ita respondisse dum illis omnibus membris quæ attigisset ipetrare posset nunquam quicquā futurū & ita pecuniam repudiauit. Generis humani. humanum genus flexum eē caducum imbecillum quassum sexcentis malorū milibus obnoxium ad omnem fortunæ contumeliam proiectum precari i spiritus autumant scriptores idonei. Apuleius i demonio Socratis definit homines esse terræ icolas moribundis membris leuibus & anxis mentibus brutis obnoxiis corpibus dissimilibus moribus similibus erroribus peruicati audatia:pertinaci spe:casso labore: fortuna caduca:tarda sapientia:cita morte:querela uita. Multi ihonorati:Cato quo die repulsa passus est:pila lusit:quē ait Plinius repulsis tanq̄ honoribus ineptis gaudere solinum: apud Valeriū caput est de repulsis quo enumerat exēpla clarorum uirorum qui repulsis sigillati fuerunt:inhonoratiq; discederūt Mar. Tullius in oratione pro plātio aliquot commemorat repulsa notatos & a populo præteritos in petitiōe magistratus. Priuatim otium ante tulerunt. M. Tullius in oratione pro cluentio:uiros clarissimos percenset qui petitionem honorum relinquentes uitam tranquillam & quietam remotam a procellis iuidiarum sequi maluerunt. Epicurus ait sapientem non accessurum ad rempublicam:cleantes:chrysippus : Zeno:nemo illorum rempublicam administrauit:philosophi pene omnes:in ocio litterario uixerunt. multi ut uerbis. M. Tulli utar & sunt & fuerunt qui tranquillitatem expetentes a negociis publicis se remouerunt:ad ociumq; profugerunt fuit temporibus tyberii principis quidam nomie uacia:nulla alia re quam otio notus. & ob hoc unū: quod in otio consenuerat fœlix habebatur:de quo exclamabant omnes:o uacia solus sis uiuere. Cauendū tamen est ne dum solitatem eligimus & uitam ociosam concupiscimus:nec nobis nec aliis uiuamus:sicuti qdam q se inertiæ & uentri:sōno:& libidini dediderūt:q lucifugi:nec oriētē uiderūt solē nec occidētem:q dū nemini uiuūt:nec sibi ipsis uixerūt. Anapestū: carmen ueteris poetæ. Anapesticū significat cōstās anapesti pedibus:fit aūt anapestus pes ex duabus breuibus & longa. Potentissimi regis forsan agamēnō significatur:siue priamus:inductus in tragedia sic apud senecam in tragedia oedipus damnat uitā regiā eiq; quietam anteponit cū ait qsquam ne regno gaudet o fallax bonū quātū maloꝝ quā fronte blanda tegis. Ignobilis ignotus nō cognobilis. Democritus ueni iquit athenas & nemo me nouit. ut inqt Seneca q uixit notus oibus ignotus morit̃ sibi. Orbitates liberoꝝ sicut pauli emylii. Xenophontis anaxagoræ & alioꝝ qui filiorum obitum forti subnixoq; aio tulerunt. Ego cū genui supra dictū est telamonē audito filioꝝ interitu dixisse laudabiliter. Ego cum genui cū morituros sciui. Futuras cōmētabar apud euripidē ut ante dictum est sic loquitur theseus futuras mecū commentabar miserias aut mortē acerbā aut exilii mestam fugam.

Virtus . đ pānis estimāda nō ē

Normā pauptatis fabricius

Claudianus

Scitum fabricii

Hōres . fluxa quassa

Difinitio hominū. apuleiana

repulsa

uita ociosa plata honoribus

Exēplū uatiæ. O uatia solus sis uiuere.

Lucifugi

Anapestus

Ignobilis.

Qui ante meditantur:ut iam sepius dictũ est:quicquid expectandũ est diu:leuius accidit:& prouisa omnia leuiora fiunt. Dies:temporis longinquitas. Illos:qui ante meditantur. Hos:quibus medet᷑ dies Pares casus:exempli causa:orbitas filioꝝ:exilium:amissio patriæ:& alia hoc genus. Grauius etiã tulisse: non absimile est scitũ illud solonis:qui cum lachrymabundus lugeret defunctum filium diceretur꜡ sibi a quodam:at nihil proficis:respondisse fertur:at propter hoc ipsum illachrymo:quia nihil proficio. Nemo exps mali cum natura magis nouerca sit mortalibus:ꝙ mater:fit ut nullus es omni parte beatus existat:itaq꜡ cũ mortalium nemo fœlix merito dici possit idulgẽter fortuna deciditur cũ illo q iure᷑ dici non ĩfelix potest. Nemo mortalis ẽ carmẽ est euripidis:uerissime sanctissimeq꜡ cõscriptũ:quo nihil uerius eẽ potest:cum nullus mortaliũ ullo unꝗ tẽpore fuerit nec futurus sit sine morsu doloris & morbi cruciatu:Ergo ꝓ miraculo & id solitarium reperit᷑ exemplum uidelicet.Xenophilum musicũ cẽtũ & quinq꜡ annis uixisse sine ullo corporis incõmodo.potuit id qdẽ. fieri:ut corpore nõ egrotaret:sed ut oĩ pen itus aĩ egritudine imperpetuũ careret:ĩ mpossibile ẽ nec fieri potuisse indubitanter affirmo:ut eni ĩquit scite uereq꜡ neuius poeta: pati necesse est mortalẽ multa mala. Neqcꝗ frustra:cũ nulla sit medela:cũ nullis plantibus defuncta reuocent᷑.Cicero quadã epistola ꝗd angã:cruciẽ ne me?qd deĩde asseqr? Vita metenda:trãslatio a frugibus.ꝗ maturæ metũtur.Oratius in epistol.Emetit orcus grãdia cũ paruis nõ exorabilis auro fruges autem metunt᷑:triplici genere messionis unũ ubi falce secũdũ terrã subsecant frumẽtum : altero ubi ligneum habent bacillum ĩcuruum. In quo sit extremo ferrula ferrea:hac spicas desecant.& stramenta stantia in segete reliquunt:ut postea subsecentur: tertio modo metitur ut stramentũ medium subsecent a quo medio messem dictam putat. M. Varro in ptimo de re rustica. Iubet necessitas: necessitatis:ꝗ græci αναγκην uocant:amarissimæ sunt leges.truculẽtissima : imperia ĩsupabilis uis meritoq꜡ait plato ĩ protagora necessitati nec deos qdẽ repugnare. Liuius cõsimiliter pareat inqt necessitati ꝗ nec dii quidẽ superant.Necessitas ut scite dixit cato feriis caret.Plato.plotinusq꜡ platonicus parcas aiunt filias eẽ necessitatis quæ ĩeffugibilis est ut inquit Apuleius. Deumq꜡ semper & ubiq꜡ ultrix comitat᷑ eadem necessitudo dicitur quam.Mar.Tullius sic scribit in secũdo rhetoricorum puto esse hanc necessitudinem.Cui nulla ui resisti potest quæ neque mutari neq꜡ leniri potest ut corpus mortale aliquo tempore iterire necesse ẽ atq꜡ ita necesse ut uis postulat necessitudinis cui nulla ui resisti potest. Negabat scilicet carneades reprendens chrysippum fulcientem porticum stoicoꝝ. Ad maleuolos consolandos maleuoli solatii ut inqt Seneca genus est turba miserorum. Longe secus.longe aliter quã carneadi. Admonet esse hoiem.quid est homo?inquit Seneca quodlibet passum uas & fragile iactu.Quid est homo? ĩbecillissimũ corpus & fragile.Plinius in secũdo nihil homine miserius esse ait. Nihil superbius ab eodem mortalitas fragilis & laboriosa nominatur idem aliubi dixit:is domum profecto uitã æqua lance pensitabit qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit miserrima est profecto hominis conditio cum tantalo serpẽtis dete ictus intereat cum anacreon acino uuæ passæ cum fabius senator in lactis austu uno pilo strangulatus sit.Dixit olim legatus scytharum Alexandro magno ex indulgentia fortunæ conditionem humanam obliuiscenti : si deus es tribuere mortalibus beneficia debes sin autem homo es id quod es semper esse te cogita.Qui mœret in luctu & mœrore ẽ. Enumeratio exemploꝝ potẽtiora sunt sepissime exempla quam rationes philosophoꝝ & magis mouẽt.Ideoq꜡.M.Cicero in oratione de prouinciis consularibus:sibi om-

Ideo lachrimo qa nil ꝓficio

Xenophilus exps morborum

Pati necesse est multa mala

Triplex messio

Messis a medio

Anace necessitas

Necessitas feriis caret.

Parcæ necessitatis filiæ

Necessitudo

Homo quid

Anacreon acino uuæ strangulatus

Dictũ scythæ

Exẽplorũ uis.

qui ante meditãtur quod iis:quibus medetur dies:nisi qd ratio quædam sanat illos:hos ipsa natura:intellecto eo qd remediũ illud continet:malũ quod opinatum sit esse maximum:nequaquã esse tantũ sui natura:ut uitam beatã possit euertere:hoc igitur efficitur:ut ex illo nec opinato plaga maior sit non ut illi putant:ut cum duobus pares casus euenerint:is modo ægritudine afficiat᷑:cui ille nec opinatus casus euenerit:Itaq꜡ ducũtur nõnulli in mœrore:cum de hac cõmuni omnium cõditionem audiuissent:ea lege nos esse natos:ut nemo imperpetuum esse posset expers mali.grauius etiam tulisse. Quocirca Carneades:ut uideo nostrum scribere Antiochum:reprehẽdere Chrysippum solebat laudantem euripideum carmen illud. Nemo mortalis est quem nõ attingat dolor:morbusque Multi sũt humandi liberi:rursum creandi. Morsq꜡ est finita omnibus:quæ generi humano angorem nequicꝗ afferunt.reddenda est terræ trra. Tũ uita omnibus metenda:ut fruges:sic iubet necessitas negabat genus hoc orationis quicquam omnino ad leuandã ægritudinem pertinere. Id enim ipsum dolendum esse dicebat:quod in tam crudelem necessitatem incidissemus.nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum ad maliuolos cõsolandos esse accõmodatam. Mihi uero longe uidetur secus:nam & necessitas ferendæ conditionis humanæ quasi cum deo pugnare cohibet:admõetque esse hominẽ:quæ cogitatio magnopere luctũ leuat:& enumeratio exemplorum:nõ ut animum maliuorum oblectet.affertur sed ut ille qui mœret

nium consilio℞ atq; facto℞:cēset exempla:ex summorū hominum factis petenda esse quærimus.n.nō cur
factū sit q̄ppiā:sed a quo factū:& clari hoīs exēplum nobis ꝓ rōne est. Nec coherere:p̄stat in trāslatiōe putri
di ruentisq; edificii:qđ male coagmentatū non coheret:sed hiat ac fatiscit:in quo oīs fultura diducit̄:nisi sta
bilimentis fulciat̄. λυπη. λύπεομαι:græco sermone dr̄ tristior:λυπηριος tristis. λύπη tristitia & dolor
chrysippus ille ī familia stoica famigeratus etymō subtiliter uestigauit huiusce uocabuli existimauitq; dici
λύπη per litteræ īmutationē quasi λυσις:quæ solutio significatur tāq̄ egritudo siue tristitia hoc ē λύπη

ferendū sibi id cēseat quod uideat multos modera-
te & trāquille tulisse. Omnibus enim modis fulcien
di sunt qui ruūt:nec coherere possunt propter ma-
gnitudinē ægritudinis. Ex quo ipsam ægritudinē
lypin Chrysippus:quasi lysin:idest solutionē toti-
us hoīs appellatā putat. quæ tota poterat euelli ex
plicata ut prīcipio dixi:cā ægritudanis:Est.n. nul-
la alia nisi opinio & iudiciū magni p̄sentis atq; ur-
gētis mali. Itaq; dolor corporis: cuius est morsus
acerimus pfertur spe proposita bōi Et acta ætas ho
neste ac splendide tantū fert consolationem ut eos:
qui ita uixerint aut nō tangat ægritudo:aut leniter
pungat animi dolor. sed ad hāc opinionem magni
mali cū illa etiam opinio accsserit: oportere rectū
esse & ad officium pertinere:ferre illud ægre:quod
acciderit:tum deniq; efficitur illa grauis ægritudi
nis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa uaria &
detestabilia genera lugēdi:pedores muliebres lacē
rationes genarū. pectoris feminū capitis pcussiōes
hīc ille. Agamēnon homericus:& idem Aciāus scin
dens dolore identidem ītonsam comā. In quo face-
tum illud Bionis pinde stultissimū regem in luctu
capillū sibi euellere quasi caluitio mœror leuaret.
sed hæc faciūt opinantes ita fieri oportere. Itaq; &

sit solutio & distractio totius hoīs:hoc idem
sentit Plato in cratylo:cū ait lyppe.i.dolor &
tristitia a dialyseos.i.dissolutōe corporis tra
hi uidet̄. Nam in huiusmodi passione cor-
pus dissoluitur:græce quoq; ania uocat̄ tri-
stitia. Algedō cruciatus:odie dolor:achthe-
don meror & langor. Perfert̄:patienter to
leratur:qđ testimonio ē opinionis eē nō na
turæ. Ferre illud egre: si p̄sona nobis cara
ac nexu sanguinis cōiuncta morit̄: opina-
mur officiosum esse & cōueniens:ut dolea
mus illachrymemus demōstremus nos id
egro aīo ferre:& ex hac opinione:tāq̄ id fa-
cere rectū sit. & id oporteat:mœremus & in
luctu sumus. Pædores muliebre: sordes:
illuuies:squallores:ut supra docuimus po-
tes seiunctim legere pedores ut colon sub
sequatur:muliebres laceratiōes gena℞ qđ
mulieribus ī luctu testificando solet eē fami
liarissimū. Vñ lata lex.xii.tabula℞ est q̄ ueta
ret genas a fœminis carpi & lacerari. cuius
habita ē mētio ī superioribus. Pectoris p-
cussiones:Virgilius exp̄ssit utrunq; illo uer
su:Vnguibus ora soror fedās & pectora pu
gnis pcussiones pectoris dicuntur plāctus
& plangere pcutere ē:Lucanus. Exigit ad se
uos famularū brachia plāctus. Et mox pau
lo plāctu liuētes atra lacertos. Itē silius. Liuē
tia plactu brachia: apđ Ouidiū. plāgebāt cor
pore terrā:apud catullū plāgor ē ꝓ planctu
& percussione sic scribētē ꝓcedunt leuiterq;
sonāt plāgore cachīni. Fœminū coxa℞ fe
mē est ꝓprie īterior pars femoris qđ euidē-
ter ostendit plinus cū ait in. xxiii. fœmina atteri aduriq; equitatu notū est:femora.n.interiora eqitādo atte
runt̄:nō exteriora:hinc oppido q̄ elegans uocabulum finxit nouator uerborum Apuleius noster qui inter
femineum dixit locos muliebres:ueluti positos interfemina.& coxas:interiores:grammatici quidam tra
dunt non inueniri femen casu recto:sed ab eruditis usurpatur:non tam prerācidas grammaticales p̄ceptio
nes q̄ elegantiā nitoremq; sectantibus. Agamēnon homericus:apud Homerum in.x.illiados .inducitur
Agamēnon:qui ex mœrore somnum capere nō poterat ceteris gratā quietē carpentibus qui suspirans ge-
mens oculos ad cælū tollēs utraq; manu capillū radicitus discepebat. Idem Actianus ab actio poeta ītrodu
ctus ī tragedia cui titulus est Agamēnon. Idētidē:frequenter. Illud bionis. bion philosophus borysthen
tes fuit:qui ad eū q fundos suos ingluuiæ uocauerat:terra inqt amhiaraum absorbuit sed terrā tu hic mō
oēs eē sacrilegos argumētis colligebat. mō neminē:quisqs id quod deo℞ ē sustulit sacrilegus ē oīa aūt deo℞
sunt qđ qsq; ergo tollit deo℞ tollit:quo℞ oīa sunt:ergo quisqs tollit aliqđ sacrilegus ē deide cū effringi tem
pla iubet:dicit nullū sacrilegū eē:qa qđ sublatū est ex eo loco:q deo℞ erat:in eum transfertur locū q deo℞ ē.
Perinde ita:alias pariter alias multū:alias perinde ac perinde atq; ꝓ tanq̄. Regem Agamemnonem qui
rex regum dictus est:quem Homerus ποιμενα λαων idest pastorem populorum appellat. Quasi Cal-
uitio:facete:id enim magis mœrorem auget & dolorē q̄ leuet:cū capilli euelli non possint sine cruciatu Au
gustinus aliquādo ex īprouiso interueniēs oppressit ornatrices filiæ iuliæ q̄ illi p̄mutaturos ac nos uellebāt.
Interrogauitq; filiam utrū post aliquot annos cana esse mallet: an calua & cū responderet se canam eē mal-
le:sic illi mendacium obiecit:quid ergo istæ te caluam tam cito faciunt? Romani colebant uenerē cogno-
mento caluam:nam cum urbe a gallis capta obsessi in capitolio ex mulierum capillis tormenta fecissent
edem ueneri caluæ consecrarunt:caluitium uni tantum animalium homini est:ut inquit Plinius:in com-
mentariis suetonii plura de causis caluitii:& de coruis caluis:qui græco uocabulo nominantur phalacroco
races. Myconii populi insulani caluitio insignes gignuntur: ibique omnes calui sunt. Vnde prouerbium
græcum φαλακροι μυκονιοι. hoc est calui Myconii. Et dixit Lucilius Myconi omnis calua iuuentus

Lypæ.
Lysis
Ania
Algedō
Odine
Acththedon
Pedores
Plāctus
pcussiones
Plāgere
Plāgor
Femen
Interfemineū
Agamēnō scindens comam
Bionis dictū
in gulonem
Oēs sacrilegos esse
Nullū eē sacrilegum.
Perinde
Pastor populorum
Cani uellebantur iuliæ
Venus calua

Aeschines ī Demosthenē īuehit͛: quod his septimo die post filiæ mortē hostias īmolasset. At quā rhetorice: q̄ copiose: quas sententias colligit͛ quæ uerba cōtorquet͛ ut liceᷓ qd̄ uis rhetori ītelligas. Quę nemo probaret nisi insitū illud in animis haberemus. Omnis bonos interitu suorū quā grauissime mœrere oportere. Ex hoc euenit ut in animi doloribus. alii solitudies captēt: ut ait Homerus de Bellorophonte. Qui miser in campis mœrens errabat aleis. Ipse suū cor edens hoīnum uestigia uitans. Et Niobe fingit͛ lapidea propter æternū credo ī luctu

Aeschines in demostenē: Decē oratores simul: athenis una ciuitas tulit. quoꝝ lōge priceps demostenes ac pene lex orandi fuit: plenior eschines & magis fusus plus carnis habens minus lacertoꝝ: hic in oratiōe illa luculēta: quam scribit contra Cresiphōtem atq̧ Demostenem: acerrime acusat Demostenem quod die septimo post mortem filiæ ante lugendi tempus ipletum ante iusta peracta coronatus: & ueste cādida idutus hostias īmolauerit: cum illam amisisset: quæ prima & sola patrem ipsum nuncupabat. Ibiq̧ rhetoricatus eschines: pandit uela eloqntiæ: & fulmia oratoria iaculat͛ cuius uerba subscripsi: q̄ sunt hæc q filios odit & malus ē pater nunq̄ bonus populi gubernator esse potest: nec is: qui carissima & familiarissima corpora nō diligit & fouet: unquā nos alienis pluris existimabit: nec q priuatim ē malus nunq̄ publice bonus eē pōt nec qui domi est iprobus i macedonia atq̧ in legatione probus foret: nō. n. mores sed locū mutauit. hactenus eschines. cuius uerba aperte declarant hoiem rhetorice copiose sentētio'e se iuectū eē i Demostenē: i obitu filiæ nil mœrētē. Verba cōtorquet: iacula & tela oratoꝝ sūt. uerba ac sniæ. qbus aduersarios fodiūt & iugulū ut dici solet petūt Martianus capella. Instat inqt Iouis rhetorica potest fulmia iaculari. hinc translatio illa apud satyrographū spetiosa q̄ ueniāt diuersa a parte sagittæ in primo de oratore quid iquit tam necessarium quam tenere semper arma quibus uel tectus ipse esse posis uel prouocare iprobos uel te ulcisci lacessitus. Scribit Quintilia. M. Tullium in causa cornelii: armis fulgentibus esse preliatum. Pericles dictus est orando fulgare tonare. cuncta pmiscere. Solitudines captēt ipse Cicero. mœrore exili confectus sic scribit ad atticum odi celebritatem fugi homines. lucem aspicere uix possum testaturq̧ solitudinem sibi fore non amaram. Caligulæ romani principis sororem mortuam lugentis solatium animi fuit alea. Qui miser in campis. Bellorophontes cui dii dederunt κάλλοσ καὶ ἠνορέην ἐρατεινήν. idest pulchritudinē & fortitudinem amabilem insimulatus falso est ab antia uxore præti siue sthenobea apud ipsum prætum quod eam nolentem constuprare ui uoluisset. Ex quo prætus idignatus eū perdere destinauit misitq̧ cum codicillis ad eurien regem lyciorum quibus eius mors continebat͛ hinc illud plautinum ex bacchidibus bellorophontē iam me tuus fecit filius. Egomet tabellas detuli ut uincerer. itaq̧ bellorophontes cum tabellas regi obtulisset primo iussus. aduersus. chymeram. mox aduersus solymos tertio loco cōtra amozones depugnare. semper cum uictoria rediit unde textu cognosces bellorophontem haud dubie diuinum esse. illi uxorem dedit filiam cum dimidio regni ex qua tres libeors sustulit. ἴσανδρον τε καὶ ἱππόλοχον καὶ λαοδάμειαν. post autem diis factus inuisus filiis orbatus errabat solus in campis solitudinem captans consortia hominum fugiens. Quod Homerus græcis uersibus duob᷒ sic exp̄ssit. ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήιον οἶοσ ἀλᾶτο. ὃν θυμὸν κατέδων. πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. quos Cicero in latinum uertit qui in omnibus codicibus sic leguntur qui miser in cāpis mœrens errabat alienis. Ipse suum cor edens hominum uestigia uitans. nec ullus fere est. quin ita legat qn existimet sensum esse planum & apertum sed cum primus uersus ultimo pede claudicet quod satis liquet. Curiositas quæ cuncta uestigat me commonuit recurendum esse ad archetypon græcum unde ista fluxerūt. Itaq̧ pensitatis diligenter homericis carminibus censeo pro campis alienis. ut legas campis aleis. græce. n. sic scribitur. καππεδίον τὸ ἀλήιον οἶοσ ἀλᾶτο. idest campū aleū solus errabat. ἀλήιοσ autē idest aleos: græco sermone dicitur erraticus ut intelligamus campum illum aleion idest erraticum ab erroribus errantis bellorophontis. Cognominatum fuisse & ita integro sensu græco perfectisq̧ numeris latinus uersus legetur de græco factus. Qui miser in campis mœrens errabat aleis huic sententiæ accomodari non absone posset illud nasonis ex deuotario carmine in ibin quiq̧ ab equo præceps alienis decidit aruis. Nam cum hoc uersu significetur bellorophontes. possemus non inscite legere quiq̧ ab equo præceps in alienis decidit aruis ut tam apud Ouidium q̄ apud ciceronem dictio subdictitia quæ est alienis obrepserit ꝑ aleis fuit operæprecium emaculare codicem ciceronis & maculas inueteratas eluere ut ita suus ille nitor sua sinceritas illucescat. Niobe fingitur lapide qs ignorat nioben ex dolore dici a poetis demutatum esse i statuā lapideam cum ex fecundissima matre ad orbitatem redacta extinctos uidisset filios filiasq̧ oīs quos appollo & sagittis cōfixerant i primo propertii cōmentario annotauimus diuersitatē fabulæ sup nupero niobe filioꝝ. Nam homerus pueros puellasq̧ eius bis senos dicit fuisse: sapho bis nouenos bacchilides & pindarus bis denos. Euripides bis septenos quē secutus est Ouidius noster iterprætantur nioben fingi lapideā ꝑpterea qd̄ ex nimio dolore attonitā obmutuit ac ueluti lapidescēs malis diriguit sicut olim mater cū filii filiæ stupro ītertuenisset iopinati mōstri percussa conspectu. Et in præsens tempus ad indignandum & ī posterum ad loquendum obmutuit a statio in siluis sypileia mater dicta niobe quoniā fata saxea turbine uenti in sypilum patriā rapta est ubi fixa cacumine mortis liqtur & lachrymis ēt nunc marmora manant. Dixit tamen Homerus in uigiesimo quarto illiados. Nioben post funera natorum & lachrymas eodem die de cibo cogitasse quo exēplo maximus poetaꝝ demōstrauit ius flendi in unum dumtaxat diē eē constitutū.

Decē Oratores athenis Demostenes Eschies

Verba eschinis Priuatim malus: nūq̄ publice bonus

Iacula oratoꝝ Fulminator orator

Caligulæ solatiū in luctu. alea.

Pulchra de bellorophōte.

Solitudo bellorophō.

Correctus locus & explicatus

Cāpus aleus erraticus

Locus ouidii

Niobe lapidea facta

Numerus niobes filiorū uarius

Mater obmutuit uiso stupro filioꝝ

Sypileia.

Lachrymis dies unus ca..dus

Hecubam in canẽ:græci latiniq; scriptores hecubam prædicãt ex dolore impatibili: post cladem exitiũq; patriæ ac suorum:post exoculatũ polymnestra conuersam esse in carnem:unde eius sepulchrum dictum ẽ cynossema:de quo plinius. Cynossema ita uocatur hecubæ tumulus: quod significauit Ouidius cum ait ĩ xiii. Latrauit conata loqui:locus extat & ex re nomen habet. Nã cynossema græco sermone dr̃ canis sepulchrum de quo Solinus. sigeum asie. In quo tumulus est cynossema dictus hecubæ sepulcrum. De hecuba in canem transfigurata ait Iuuenalis. Sed torua canino latrauit rictu:quæ post hunc uixerat uxor.

Hecuba in canẽ

Cynossema

silentiũ. Hecubam autem putãt propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam. sunt autem alii quos in luctu cum ipsa solitudine loqui sæpe delectat:ut illa apud Enniũ nutrix. Cupido cœpit miseram nũc me proloqui cælo atq; terræ Medeæ miseras:hæc omnia uere:recta debita putantes faciũt in dolore. Maximeq; delectant hoc quasi officii iuditio fieri. Quod si qui forte cũ in luctu esse uellent:aliquid fecerũt humanius:aut si Hilarius locuti sunt reuocant se rursus ad mœstitiam:peccatique se insimulant quod dolore intermiserĩt. Pueros uero matres:& magistri castigare etiam solent:nec uerbis solum:sed etiã uerberibus si quid in domestico luctu hilarius ab iis factũ est:aut dictũ:plorar̃ cogũt. Quid ipsa remissio luctus cũ est cõsecuta ĩtellectaq; est nihil profici mœrendo Nonne res declarat fuisse totũ illud uolũtarium: Quid ille terentiãus ipse se puniens εαυτοντιμωρουμενοσ. decreui tantisper me minus iniuriæ Chremes meo gnato facere:dum fiã miser. Hic decreuit:ut miser sit. Nũ quis igit̃ quicquã decernit ĩuittus? Malo quidem me quouis dignum deputem. Malo se dignum deputat nisi miser sit. Vides ergo opinionis esse nõ naturæ malum. Quid quod res ipsa lugere prohibet:ut apud Homerum quotidianæ neces interitusq; multorũ sedationem mœrendi afferũt:apud quem dicit̃ ita. Namq; nimis multos atq; omni luce carentes Cernimus:ut nemo possit mœrore uacare. Quo magis est æquũ tumulis mãdar̃ peremptos Firmo animo. & luctũ lachrimis finire diurnis. Ergo in potestate est abiicere dolorẽ cũ uelis tempori seruientem. An est ullũ tempus: quoniã quidem res in nostra potestate:est cui nõ ponendæ curæ ægritudinis causa seruiamus. Cõstabat eos qui

Apud Ennium nutrix significat fabulã titulo medeã quã scripsit Ennius:cuius testimõio sepe grãmatrci utuntur:de qua. M. Tullius in primo de finibus. quis enim tam inimicus pene nomini romão est qui Ennii medeã spernat ĩducebat̃ nutrix medeæ apud Ennium miserias alumnæ prologuẽs in solitudine:cuius hæc sunt uerba. cupido cepit miseriam. eadem nutrix inducta est a seneca in medea. consimiliter Propertium poetam delectat in solitudine eloqui suos dolores amatorios:sic. n. inquit. hæc certe deserta loca & taciturna q̃renti:& uacuũ zephiri possidet aura nemus:his licet occultos ꝓferre ĩpune dolores:si mõ sola q̃ant saxa tenere fidẽ. Peccati se ĩsimulãt. seipsos accusant tãq̃ peccauerĩt si in luctu aliquid fecerint dixerintq; hilarius letiusq; ĩsimulare est accusare:qđ cũ gẽitiuo copulat̃:plautus. Insimulabit eã ꝓbri. Insimulatio ut docet Dõatus est & falsi & ueri crimĩs ĩcusatio. Hilarius:letius. amenius iucũdius hilarari. & hilarescere ẽ iucundari. hilaritudo dicta ab antiquis ꝓ hilaritate. Antiqui diem equinoctii uerni colentes hilaria appellarunt. ut docet Macrobius:quo exordiũ leticiæ celebratur quo primũ tẽpore sol diẽ longiorẽ nocte ꝓtendit. erat autẽ ad octauum calẽ. aprilis de hilaribus meminit Flauius uopiscus. In aureliano:quibus omnia festa & fieri debere & dici tradit. Nihil profici mœrẽdo:nostris mederi si malis possent lachrimæ: lachrĩas emeremus auro:ut inquit menander. Mœror & dolor nihil ꝓficiunt lugentibus:cum fata sint inexorabilia. & quod factum ẽ amplius fieri infectum nõ possit. εαυτοντιμωρουμενοσ. notissima est terẽtiana fabula. hoc titulo quo significatur seipsum puniẽs siue excrucians. Nam ĩducitur senex menedemus semetipsum cruciãs dum in fundo fodit. arat aut aliquid facit sine laxamento ob filiũ adolescẽtulum amandatum qui in asiam ad regem militatũ abiit paternæ morositatis impatiens:de quo Oratius ĩ sermonibus. Ita ut pater ille:terẽtii fabula quẽ nato miserũ uixisse fugato ĩducit. non se prius

Cynossema

Ennii medea

Insimulat.

Insimulatio

Hilarescere

Hilaritudo

Hilaria dies

Eautõtimorumenos.

cruciauerit atq; hic. Chreme:uocatiuus casus est siue salutatorius:loquit̃. n. menedemus cũ chremete uicino. Decreui cõstitui quod ẽ uoluntariũ. Tantisper:tã diu:postulat ãt post se hæc ꝑticula. dũ uel donec:uel quoad:ut Cicero in carcerẽ ductus ut ibi eẽt tãtisp dũ culeus cõpararet̃. Au. gelius. eo cõsilio ut uiueret quidẽ tãtisper qđ fieret ꝑmutatio apud Liuiũ tãtisp absolute positum ẽ ꝓ interea siue tãtummodo sic. n. scribit in primo tamẽ id imperium ei ad puberẽ etatẽ incolume mansit tãtisper tutela muliebri. Malo quidẽ:uerba menedemi:qui putat se dignum quocũq; malo cum iniustitia sua se eiecisse filium miserum ex patria fateatur. Namq; nimis multos:Versus homeri:quibus declaratur ex quotidianis necibus fieri sedationem mœroris & pausam:& callũ quasi obduci aduersus luctum. Vlyxes in. xx. iliados talia eloquit̃. Ergo in potestate est:ex carmine Homerico ostendit. Marcus Tullius in potestate hominum esse abiicere dolorẽ cũ ille præceperit. Luctum lachrimis diurnis esse finiendum. Constabat eos:Pompeius conscendens naui

Tantisp

Quisqs ad tyrã num it fit ser uus
Nex põ peii
Corne lia dela mẽtata
Expe ctorare triftitiã
Occale scunt admala
Illuxit
Penitẽ tia cato nis
Mare erũno sum.
Salsipo tens
Balnea tor fri gidus
Scitum ana charsis
Oli con scendi naui & descẽdi
Frenũ mordet
Si ma sculum pecus habe re uis.
Equule ius
equulus
Equula
Equile.
Bubile.
Edilia.

culam paruulam a ptolomeo missam ad uxorem filiumq̧ cõuersus sophocleum illud pronunciauit quisquis ad tyrãnum proficiscitur.fit illius seruus.licet liber sit:ibiq̧ ab achilla & septimio ĩterficit᷑.Annũ egẽs etatis:unde sexagesimũ:qui in morte nihil seipso ĩdignum:aut dixit aut fecit:sed tantũ suspirãs se ĩctibus præbuit:cornelia & cæteri ut aspexere cedem anchoris celerrime eductis effugerunt:unde pelago altius petito.cũ uentus uehemẽtior flaret:ab egyptiis perseq satagẽtibus sese subduxerũt.Plutarchus. Lucanus.cæteri tradunt ululatum maximũ ad littus usq̧ emissum fuisse ab his uiso.Cn.pompeii casu.Cicero uero ait eos nihil aliud tũ egisse nisi ut remiges hortarẽtur ad remigãdnm. Demum ubi ĩ tuto fuerunt lamẽtari cepisse: canit Lucanus.corneliã uisa cõiugis nece delamentatã esse flebiliter & lachrymosæ mox caput ferali amictu obduxisse & ĩ cauernis nauigii tenebrosis delituisse.Dein cũ peruenissent ad littus africanũ ubi erat cato luctum esse factũ exẽplo carentẽ:nulliq̧ euo cognitũ.Ibiq̧ manibus pompeii parentatũ. Classe hostiũ: egiptio℞. Timor ab his.sensus est:si in põpeianis.timor& pauor expectorare potuit dolorẽ:& repellere tristitiã:tanto magis hoc sapientia efficere poterit. Nihil ꝓfici.sepe dictum est lachrimas & luctus inefficace esse & nihil prodesse ad iacturam sarciendam.

Facilius ferũt:multi occalescunt:obdurescuntq̧ ex diuturnis malis ad ferẽda æquo aĩo quæcunq̧ aduersa contigerint. Si mihi nunc:carmen euripidis poetæ latinitate donatuma.M.Tullio quo theseus opinor inductus:queritur de fortunæ continenter urgentis iniquitate pertinacissima:q̃ res obduxit callum cõtra sensum doloris.cõsuetudo.n. malo℞ & defatigatio ægritudinũ ui doloris & ægritudinẽ facit leuiorẽ. Illuxit: apparuit:fulsit:Agretius grãmaticus.Eluxit qui luctũ deposuit:Illuxit cum lumẽ apparuit. Salo erũnoso:mari referto erumnarum periculorũq̧:Cato portius triũ re℞ penitẽtia ducebat᷑ primum si mulieri arcana credidisset.Secũdum si aliquo itinere nauali trãsmisisset:quo pedibus ire potuisset. Tertium si qua dies per incuriam desidiamq̧ effluxisset.Terentianus sosia fortunatum uocat:qui nunq̃ ingressus est mare.Plautinus senex uitam maritimam reformidat:alter apud eundẽ plautum in trinũmo salsipotenti & multo potenti neptuno gratias agit qd̕ euaserit illũ spurcificũ ĩmanem ĩtolerandum & uesanũ deluctatus erũnis maris idem in rudente neptũnum esse dicit balneatorẽ frigidum qui ex ĩsulis salsos facit qui salsam præbet potionẽ & frigidã.Interrogatus Anacharsis utrũ plures essent uiuẽtes an mortui quo ĩquit in loco collocas nauigantes quo dicto scire significauit nauigantium uitã non esse uitalẽ.Ego quoq̧ memor maritimarum erũna℞ olim feci qd̕ plato qui cũ in equum ascendisset subito descendit. ueritus ne equi ferocitate raperet᷑ sic & ipse conscendi equũ ligneũ ex portu anconitano orã soluẽs cũ iam per equor cerulum uectarer repente remigẽ rogaui ut me aĩal terrenũ restitueret terræ & ita e uestigio descẽdi ueritus salsas salsipotẽtis potiões. Iniecto eqnulei freno sicut nouellus equuleius.hoc est pulsus equinus adhuc per etatẽ ĩsolens freno℞ ac tyro exagitat᷑ cõcutiturq̧ solo tactu freni.sic hõ dolore exagitat᷑ ex dolendi ĩsolentia ubi uero assueuit erũnis obtorpet facitq̧ quod equus iam edomitus qui frenum mordet & seruitio hoĩs assuescit & domituram facile fert & ad obsequiũ habilis reperitur equus bimus ut docet Columela ad usum domesticum recte domatur.Certaminibus aũt expleto triennio.Annotandũ obiter quod annotatu dignũ ẽ si masculum equinum fetum progenerari uelis sinistrũ testiculũ admissarii lieo funiculo obligato si feminam uero dexte℞.sicut ꝑcipit democritus phisicus q idẽ oĩbus pene pecudibus faciendũ cẽset.M.Varro suadet frenos in equili suspendẽdũ ut oculi equuleo℞ cõsuescãt uidere eo℞ faciẽ.& e motu crepitus audire cũ iã ad manus accedere cõsueuerit.Interdũ ĩponere his puerum.Equuleus dr̃ pullus equinus & nouellus diminutiuum ab equo ut docet priscianus in tertio.M.Tullius in uerrinis his equitabit equuleis dr̃ & equulus.M.Varro hosce item.ut equulos & educunt & alunt.Idem ait equulũ post annũ & sex menses domari posse ab equa fit equula.Plautus adhinnire equulam possum ego hãc equile dicũt stabulũ equo℞ sicut bubile boum caprile caprarum.Edilia dixit Oratius pro stabulo edorum.In summo se malo esse hoc facete dictum ex opinione stoicorum qui dicunt insipientes eos & miseros qui sapiẽtiã ad perfectum nõ sint cõse

concidentem uulneribus Gneum Pompeium uidissent:cũ in illo ĩpso acerbissimo miserrimoq̧ spectaculo sibi timerent:quod se classe hostium circũfusos uiderent:nihil tum aliud egisse:nisi ut remiges hortarentur:& ut salutem adipiscerentur fuga posteaq̃ tyrum uenissent:tum afflictari lamentarique cœpisse. Timor igitur ab iis ægritudinẽ potuit repellere:ratio ac sapientia uera nõ poterit? Quid est autem quod plus ualeat ad ponendum dolorem:quã cum est ĩtellectum nihil profici & frustra esse susceptum? si igitur deponi potest etiam nõ suscipi potest. Voluntate igitur & iuditio suscipi egritudinem confitendum est Idq̧ indicatur eorum pacientia:qui cum multa sint sæpe perpessi facilius ferunt quicquid accidit:obdurius seq̧ sese cõtra fortunam arbitrantur. Vt ille apud euripidem: si mihi nunc tristi primum illuxisset dies:nec tam erumnoso nauigassem sola:esset dolẽdi cã ut iniecto equulei freno repente tactu exagitãtur nouo. sed iã subiectus miserii obtorpui. Defatigatio igitur miseriarum ægritudines cũ faciat leuiores ĩtelligi necesse est non rem ipsam causam atq̧ fontem eẽ mœroris. Philosophi summi necdũ tamen sapientiã consecuti nondum intelligunt in summo se malo esse.sunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

enim insipientes:neq; insipientia ullum maius malum est:neq; tamen lugent. Quid ita? quia huic generi malorum non affigitur illa opinio: rectum esse & æquum & ad offitium ptinere:ægre ferre q sapiens nō sit. Quod idem affigimus huic ægritudini:i qua luctus inest:q omniū maxima est. Itaq; Aristoteles ueteres philosophos accusans: q existimauissent philosophiam suis ingeniis esse perfectā ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse. sed se uidere q paucis annis magna accessio facta ē:breui tempore philosophiā plane absolutā fore. theophrastus autem moriēs accusasse naturā dicitur. q ceruis & cornicibus uitam diuturnam:quorum id nihil interesset hominibus:quorum maxime interfuisset:tā exiguam uitam dedisset:quorū si ætas potuisset esse longinquior. futurum fuisset: ut omnibus perfectis artibus omni doctrina hominū uita erudiretur. Querebatur igitur se tūm cu illa uidere cœpisset extingui. Quid ex ceteris philosophis? nonne optimus & grauissimus quisq; confitet multa se ignorare:& multa sibi etiam atq; etiam esse discenda. Neq; tamen cum se in media stulticia:qua nihil est peius hærere intelligant:ægritudine premūtur. Nullam enim admiscetur opinio officiosi do-

cuti:insipientia autem est summū malum. Dicebat enim socrates unicum esse bonū scientiam:malū unicum imperitiam. Ergo:philosophi:qui non sunt plene sapiētiam cōsecuti in insipientia & consequenter in summo malo:& tamē non lugent:cum alii lugeant:ex minoribus malis:dogma stoicorum ē:eos q natura doctrinaq; longe ad uirtutē processissent:nisi eam plene consecuti essent. summe esse miseros:neq; iter eorꝝ uitam & īprobissimorꝝ quicq̄ omnino interesse:ut plato tantus ille uir si sapiens non fuerit nihilo melius q̄ quiuis īprobissimus nec beatus uixerit. Merito itaq;. M. Tullius in orone pro murena facetissime lusit doctrinā ac decreta stoicorꝝ. Huic generi malorꝝ:non plene sapientiam percepisse.

Aut stultissimos: Lactātius libro tertio meminit horꝝ uerborꝝ huiusq; sniæ. ubi uerꝝ ē inquit stultissimos fuisse qui putauissent ingeniis suis perfectā esse sapientiā sed ne ipe quidem Aristoteles satis prudēter:q aut ueteribus ceptā:aut a nouis auctam aut mox posterioribus perfectū iri putauit:nunq̄. n. pōt. n. iuestigari:quod nō per suā uiā querit

Paucis annis accessio: Seneca. mundū inquit sunt mille anni ex quo initia sapientie nata sunt:multis ergo seculis humanū genus sine rōne uixit. Theophrastus accusasse naturā. Mihi iusta sane uidet q̄rela hæc & accusatio theophrasti & quæ cūctos litteratos deceat:qd. n. si dicere fas est sibi uoluit illa parēs rerꝝ opifexq; natura cū dedit ceruis. coruis. cornicibus elephātis. uitam diuturnā:hominibus tam exiguā cum tribuit brutis animātibus annosa secula:nobis uix uitæ gustatum idulsit. quorum maxime intereat diutissime uiuere:ut doctriæ omnes ut artes ad perfectū pduci possent annorū longinquitate:quod si primigenii illi hoies uixerūt ut fertur annorum milia:cur i psentia non uiuimus tā longiturni:cur facta est ætas nostra deterior. qd deliquid qd peccauit ipsa posteritas. ut nō eodē diuturnæ uitæ beneficio perfruatur. Credamus uerꝝ eē illud manlii idē semper erit: quoniam semper fuit idē. scribit Iosephus libro primo antiquitatum uetustissimos illos hoies primigenios. ideo tādiu uixisse:primo q eis pabula oportuniora:melioraq; ad maius tempus præparata extiterunt:deinde propter uirtutes & gloriosas utilitates quas iugiter perscrutabant:idest astrologiam & geometriam. Deus eis amplius uiuendi solatia cōdonauit:quæ nunq̄ antea adiscere potuissent:Nisi sexcētis uiuerent annis per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Ceruos autem uiuaces esse tradunt scriptores. Hesiodus cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplū eius ceruis. id triplicatum coruis. Verba. Hesiodi hæc sunt. ελάφοσ ε λέτε Τρακορου οσ τρεισ λ̓ε ελαφουσ ο κορα ξ γηρασ κετ αι. uita ceruis ut plinii uerbis utar in cōfesso lōga est:post centū annos aliquibus captis cū torquibus aureis quos alexāder magnus addiderat:adoptis iā cute in magna obesitate:febriū morbos nō sentit hoc animal quin medetur huic timori quasdā nos principes feminas scimus omnibus diebus matutinis carmen eā degustare solitas & lōgo æuo caruisse febribus. hactenus plinius:hic a satyrico poeta. Ceruina senectus dicta p diutina & uiuaci subulones ceruos appellāt:qbus simplicia sunt cornua de uita cornicū diuturna dictū ē in primo cōmentario. Querebatur lamētabat Theophrastus. Officiosi doloris:officiosum dolorē significāter eum dicit:qui prius est:ex iusta causa sumitur:& cuius probabilis ratio reddi potest. officium eni ab efficiendo dictum:quod efficere unumquemq; conueniat pro conditione personæ. Nam officium appellāus quod ratione actum sit:ut docet Marcus Tullius in tertio de finibus. Non putant lugendum uiris. Seneca uiris nullum legitimum lugendi tempus constitutum esse tradit:quia nullum est honestum:cum annū feminis ad lugendū maiores instituerint:non ut tam diu lugerent sed ne longius. Laudant luculenti scriptores institutum illud masiliensium quo sine lamentatione sine planctu cadauera efferuntur:luctus funeris die domestico sacrificio:cōuiuioq; necessariorꝝ addito finitur:Lycurgus i rebus funebribus ανειλε τα πενθη και τουσ οδυρμουσ. idest sustulit luctus & lamentationes. Quintus maximus:Cato in libro de senectute:multa ait se præclara in quinto maximo cognouisse:sed nihil est inquit admirabilius q̄ quomodo ille mortē. M. filii tulit clari uiri & cōsularis:est in manibus uiri laudatio:quam cum legimus quem philosophum non contemnimus. Possidonius refert hunc fabium cōctatorē a romanis clypeū uocitatū ppterea

dogma stoicorꝝ ridiculum

Initia sapiētie non uetusta

Querela theophrasti

Accusāda natura

Primigenii Polychronii

Causa lōgioris uitæ

Viuax Coruus

caro ceruina ex pultrix febriū

ceruina senectus

Subulones qui

Officiosus dolor

Officiū

Annus ad lugēdum feminis

Luctus Dialis

massiliensium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

loris. Quid qui non putāt lugendum uiris: qualis fuit: Qu. Maxius efferens filiū consularem: qualis Lucius paulus duobus paucis diebus amissis filiis qualis. Mar. Cato pretor designato mortuo filio q̄ les reliq quos ī cōsolatiōe collegimus: qd hos alid placuit: nisi ꝙ luctū & mœrorem esse non putabāt uiri: ergo id ꝙ alii rectum opinantes ægritudini se solent dedere: id ii turpe putantes ægritudinem repulerūt: ex quo ītelligitur non in natura sed in opinione esse ægritudinē contradicuntur hæc: quis tā

quod eo tanquā clypeo romani tegebantur ab impetu hostili: de eo dixit Hānibal: & romani suum habent Hannibalem. Refert Plutarchus: cum fabii filius diē obiisset: eum ꝓ dignitate optimi patris calamitatē orbitatis cōmodissime tulisse: ipsumq; in foro filium defunctum oratiōe funebri ex more laudauisse. Qualis lucius paulus: scribunt Valerius maximus: seneca: plutarchus. Emylio paulo quatuor fuisse filios mares ex quibus duos iure adoptiōis in corneliā fabiamq; gentē transtulit: duos quos sibi seruauerat extulit: quorum alter qnto ante triumphū paternum die. alter tertia post t triumphum die expirarunt: itaq; qui ad donādos usq; liberos habundauerat. is ad orbitatē repēte adact⁹ ē. quē casum robore animi icredibili sustinuit. In tantum ut populum ipse ob id igemiscentem cōdolentēq; magis consolaretur: q̄ ipse foret consolandus qui in orōne: quam apud populum habuit sic locutus fettur cum in maxio prouectu fœlicitatis nostræ quirites timerē neqd mali fortuna moliretur. Iouē optimū maximum: iunonemq; reginam: & mineruā præcatus sum: ut si quid aduersi po. romano imineret. totum in meā domum cōuerteretur: quapropter bene habet annuendo enim uotis meis id egerunt: ut uos potius meum casum doleatis: q̄ uestrū igemiscerē.

non parᷓ multa cōscripserūt. Idē Plato pituitā acidā nuncupari refert falso sapori cōmixtā. Albā uero pituitā appellat eliquationē carnis tenerioris una cū spiritu factā: quæ ex humiditate uento circūfusa tumescit: idē Plato platonicusq; apuleius auctores sunt causam primā morborum esse si ipsæ elementorᷓ qualitates: ex quibus compactū est corpus uidelicet humida & sicca: calida & frigida non congruant. Præterea si sanguis corruptus sit: si flegma redundat: si cholera īmodica exuberat morbi gignūtur. Dixit Oratius in primo epistolarᷓ: præcipue sanus nisi cum pituita molestia est. Vbi exponit porphirio nisi catarros īpedit tanq̄ pituita idē sit quod catarrus: quæ dictio græca ē καταρρέω græce defluo καταρρος. fluor: & distillatio nomiatur: a pituita pituitosus deriuatur quem græco uocabulo usitatissimo flegmaticū uocant. M. Tullius in libro de fato in aliis eē pituitosos & quasi redūdantes. In aliis exsiccatos atq; aridos. Aelius pituitā dici affirmat: quia petat uitam. Cuius ethymologiā ridet Quintilianus in primo

Ipsarᷓ repugnantia: repugnant metus & cupiditas leticia & egritudo. Morbi conficiuntur morbi sunt inueterata uitia & dura ut auaritia: ut ambitio nimia. Morbus est ut inquit Seneca uitium in prauo pertinax tanquam ualde expetenda sint quæ leuiter expetenda sunt. Affectus sunt motus animi improbabiles subditi & cōcitati: qui frequentes & neglecti fecere morbum q plurimum profecere extra morbos sunt: ē quoddam genus hominum extra multa & magna uitia: sed non extra omnia effugit auaritiam: sed iram adhuc sentit: non sollicitat libidine: sed ambitionem adhuc sentit: nō concupiscit: sed adhuc timet: mortē contēnit dolorem reformidat. ille satis cōsequit qui iter pessimos nō est. νοσήματα. græce νοσέω dicit egroto. νοσος morbus: νόσημα egritudo: & morbus νοσιμος egrotus. νοσηματικος ualitudinarius. Hieronymus Nosocomiō interpræratur languentium uillam quod domicilium est lāguentium: ibiq; egrotantes aluntur uulgo hospitale nominatur. Verba Hieronymi ex epitaphio fabiolæ hæc sunt: primo omnium noscomion. i. languentiū uillam īstituit: in quo egrotantes colligeret de plateis. & cōsumpta lāgoribus atq; īedia miserorᷓ mēbra refoueret. In decretis canonicis. ut hæc quoq; transeunt attingam. xxiii. q. viii. Verba leguntur corruptæ scripta corruptis explicata: corruptissime enunciata. quæ ita legēda sunt & corrigenda. Xenodochia. brethotrophia hierocomia: est. n. Xenodochium locus publicus quo peregrini & hospites hospitaliter accipiunt ξένος græce hospes. δοχειον. receptaculum. Xenia munera sunt hospitalia de quibus uictruuius. i. vi. & epigrāmatarius poeta: & iuriscōsulti: titulo de officio ꝓcōsulis: q̄q̄ exenia illic ꝑperā legat. Hieronymus. Xenodochiū ī portu romani sitū totus pariter mūdus audiuit brephotrophia sunt q̄ uulgi dicimus hospitalia paruulorᷓ qbus īfantes expositicii alūt q̄le ē apud nostrates illud ad diui proculi: βρέφος græco uocabulo infans nominantur: & τροφη educatio: hierocomion locus est quo leprosi alunt: q̄le est apud nos sub titulo diui Lazari. & Bartholomei: hiera eni græce lepra latine & κωμη uilla. Morbis contraria: ut mulierositati odiū mulierum. Egrotationes: cum egrotatio proprie sit in corpore sicut egritudo: animo tamen & egrotationes animi dicuntur: quæ ex quodam metu nascuntur earum rerᷓ: quas fugiunt & oderūt αρρωστήματα. αρρωστεω. græce significat egroto. αρρωστεια egrotatio. Idem το αρρωστωστημα & αρρωστος egrotus nominatur. Contrariæ offensiones: ut inhospitalitas: quæ opinio est uehemens: ualde fugiendū esse hospitem: de offensionibus mox plura & apertius.

Morbum animi similitudo sicut uirtutes in corpore esse dicunt consimiles animi uirtutibus: Item similitudo est iter morbos corporum & animorum: ut uitium dicitur corporis sic animi: ut egrotatio in corpore sic in aīo: sic econtrario ī corpore est uelocitas pulchritudo: uires: sic eadem animo dicuntur: qn ēt in decretis canonicis. Di. xlviiii. uitia corporum ad animum transferuntur: sicut cecus: claudus: mancus lippus: gibosus: īpetiginosus: quæ uitia q habuerit: panes deo & sacrificium offerre prohibetur: quæ Grægorius in pastorali tropologice transfert ad animum: ut cecus intelligatur: qui superne lucem contēplationis ignorat: Claudus qui per īfirmitatem mentis: uitæ uiam perfecte tenere non ualet: & ad statum uirtutis nō erigitur. Gibbosus uero quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit ne unquam ad superna respiciat lippus qui carnalibus operibus obscuratur: impetiginosus quisquis auaritia uastatur in mente q̄ impetigo si ī paruis non compescitur: nimirum sine mensura dilatatur illud annotandum quod cecum animal ille offerre dicit deo qui ordinat idoctum: quo uitio nullum fœdius est maxime in religiosis & religiosam doctrinam administrantibus quæ ut inquit leo: si in laicis uidet intolerabilis quāto magis in his q præsunt nec

dat: aut bilis in corpore morbi: ægrotationesque nascuntur: sic prauarum opinionum cōturbatio: & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliat: morbisque perturbat: Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur: quæ uocantilli νοσήματα. ea quæ sunt eis morbis contraria: quæ habent ad res certas uitiosam offensionē: atque fastidium. Deinde ægrotationes: quæ appellantur a stoicis ἀρρωστήματα: hisque item oppositæ contrariæ offensiones. Hoc loco nimium opere consumitur a stoicis maxime a Chrysippo: dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Qua oratione minime necessaria prætermissa ea quæ rem continent pertractemus: intelligat igit ꝑturbationē iactātibus se opinionibus īconstāter & turbide ī motu eē semp. Cū aūt hic feruor cōcitatioq; aī inueterauerit: & tanquam in uenis medullisq; īsederit: tum existit & morbus &

Alba pituita
Causa morborum
Catarus fluor
Pituitosus
Morbi
affectus
nosema
Nosos
Nosematicus
Nosocomion.
Correcta
Verba ex decretis canonicis
Xenodochiū.
Xenia
Brephorrophia.
Hierocomiō
Arrostemata
Vitia corporis ad animū
Cecus
claudus
Gibbosus
lippus
Impetiginosus
Contra idoctos sacerdotes.

excuſatiõe eſt digna:nec uenia. Nunc ſacerdotes nr̃i tp̃is:pro pſalterio dauitico canũt erotica hoc ẽ ama
toria ꝓ lectione euãgelii luſorias cartulas diligẽtiſſime reuoluũt:pro apoſtolica doctrina callent artem
teſſerariã:quos ſi latine loqui audias:nõ latialiter loq:ſed pedere diiudicabis:q uix tria uerba iũgere mi
ſeri poterũt:in quorꝫ labris ſcatẽt barbariſmi:& ſolecciſmi Doleo mecũ ipſe ſubinde cũ audio nõnullos
latina uerba tã male ꝓnunciãtes:ut credas eos barbarica & cũ ſtridore anhelãtia uerba ꝓferre. Cõtinuo
ſtati. Permanat:deſcẽdit penetrat. Mulieroſitas:cupiditas muliebris uoluptatis:mulieroſos & muliera

ægrotatio:&offenſiões hæ:q̃ ſũt eis morbis egro
tatiõibuſq; cõtrariæ:hæc que dico cogitatiõe qui
dẽ iter ſe differũt re uero copulata ſũt eaq; oriunẽ
ex libidine & leticia. Nã cum ẽ concupita pecũia
nec adhibita cõtinuo rõ:quaſi quedã ſocratica me
dicina:quæ ſanaret eã cupiditatẽ ꝑmanat i uenas
& iheret i uiſceribus illud malũ exiſtitq; morbus
& egrotatio que auelli iueterata nõ poſſũt eique
morbo nomẽ eſt auaritia:ſimiliterq; ceteri morbi
ut glorie cupiditas ut mulieroſitas ut illa appellẽ
eam que grece φιλογυνεια dicit̃:ceteriq; ſimili-
ter morbi egrotatiõeſq; morborꝫ naſcuntur. Que
autẽ his ſunt contraria: ea naſci putãtur a metu
ut odiũ mulierꝫ quale in μισογυνεια eſt ut i ho
minũ nniuerſum genus. quod accepimus de Ti-
mone qui μισανθρωποσ appellat̃ ut ihoſpitabili
tas ẽ. Que oẽs egrotatiões ai ex quodã metu na-
ſcuntur:earꝫ rerum quas fugiunt & oderunt Dif
finiunt aũt animi egrotationem opinionem uehe
mentem de re non expetenda:tanq̃ ualde expetẽ
da ſit:inherẽtẽ & penitus inſitam. Quod aũt na-
ſcitur ex offenſione ita definiũt opinionẽ uehemẽ
tem de re non fugienda inherentem & penitus in
ſitã:tanq̃ fugienda. Hec aũt opinatio eſt iudicare
ſe ſcire qđ neſciat. Aegrotationi autem talia quæ-
dam ſubiecta ſũt. Auaritia: ambitio mulieroſitas

rios uocãt cupidos appetẽteſq; mulierꝫ. Iuli-
us capitolinus de clodio albino ſcribẽs ait mu
lierarius fuit inter prios amatores Auerſæ ue
neris ſꝑ ignarus & taliũ pſecutor auerſa ãt ue
nus ſignificat̃ coitus ꝑpoſterus & puerilis q i
fandus ẽ & execrabilis φιλογυνεια i. amor
mulierꝫ. μισογυνεια odiũ mulierꝫ:q̃le fu
it i euripide tragediarꝫ ſcriptore: q mulieres
fere oẽs. In maiorẽ modũ exorſus fuiſſe dr̃ ſi
ue qđ natura abhorruit a mulierꝫ cetu ſiue qđ
ſimul duas uxores habuerat:q̃rũ mr̃imonii ꝑ
tedebat:cuius odii i mulieres. A. Gellius & ari
ſtophanes meminerũt. De timone: timon
atheniẽſis:quẽ antiq ſcriptores ob nature aſ-
pernitatẽ i humanũ ac ihoſpitalẽ appellant:q
dictus eſt miſanthropos. i. oſor hoium: fugit
hoium cõgreſſus colloquiaq; oium:ꝑter uni-
us alcibiadis:iterrogatus ab Apemãtho quid
ita ſolũ alcibiadẽ diligeret:amplecteretur q;:
rñdit:iõ ſe adoleſcẽtẽ amare: qđ intelligeret
illũ malorꝫ cãm atheniẽſibus futurꝫ ferũt illũ
aliqñ athenis. In cõtentionẽ ueniſſe: factoq;
ſilentio & expectatiõe magna dixiſſe. Eſt mi-
hi o uiri atheniẽſes poſt domum puſillus hor
tus:& i eo ficus ex q̃ ꝑ multi iã ciues ſeſe ſuſpẽ-
derũt. In eodẽ ego nũc loco edificiũ facturus
ſum:quãobrẽ cõſtitui publice referre ut ſi ſint
ex uobis:qui uellit ſe ſuſpẽdere id agãt anteq̃
arbor ſuccidat̃. i ſepulchro eius inſcriptũ fuit
hoc epithaphiũ:qđ ipe ſibi fecit:hic ſum poſt
uitã miſerãq; iopẽq; ſepultus nomẽ nõ q̃res:
dii lector te male ꝑdẽt. M. antonius domum
alexãdriæ ſibi cõſtruxit in receſſu ſemotã quã
timoniũ appellauit a ſolitudine timonis tan-
q̃ in ea domo acturus ſolitudinẽ timoniam.
Victuruſq; iſtar timonis:ſequeſtratus a com-
mertio uſuq; mortaliũ:fuit alter timon pħus
amarulẽtus & mordax ſillographus ideſt ſcri-
ptor ſillorꝫ dicunt̃ ãt σιλλοι dicacitates: & ſales:huius aũt teſtimoniũ ex ſillis idẽtidẽ citãt eruditi. De
hoc ait Au. Gellius:timon amarulẽtus librũ maledicẽtiſſimũ cõſcripſit q ſillos inſcribit̃. μισανθρωπο
σι. i. oſor hominum. De re non expetenda:exempli cauſa ſuadet auaritia pecuniã eſſe ualde expeten
dam. Cum tñ nõ ſit expetẽda & apud pħos ſtoicos in bonis nõ ducatur. Itẽ mulieroſitas opinat̃ mulie-
res ualde expetendas. Cum re uera expetendæ nõ ſint:ambitioni iſitũ ẽ honores ualde expetẽdos: q̃ tñ
res a multis nõ expetenda cenſetur. De re nõ fugienda:offenſio contraria egrotationibus ẽ q̃ opinat̃
ea ualde eẽ fugienda:q̃ fugienda non ſunt:ut inhoſpitalitas:opinio eſt inherẽs ualde fugiẽdum eſſe ho-
ſpitẽ:qui re uera fugiendus nõ eſt ut Miſogynia:cuius opinio inſita eſt fugiendas eẽ maiorẽ immodum
fœminas:cum tñ res ſit non penitus fugiẽda. Multaq; alia hoc genus. Peruicatia ẽ peruicatia opinatio
uehemẽs:quaſi ualde perſeuerandũ ſit in eo quod ꝑtẽdit:diſtans a pertinatia:quod peruicatia ẽ interdũ
bonarꝫ rerꝫ perſeuerantia. Pertinacia ſemper malarꝫ:q̃q̃ apud Liuium & Senecam pertinax uirtus:& ꝑ-
tinax bonitas dicuntur:quod laudis eſt:actius in myrmidonibus. Ego peruicaciam me uti uolo:nã per
uicacem dici me eſſe:& uincere perfacile patior pertinacem nihil moror:hæc fortes ſequitur:illam indo
cti poſſident. Ligurico:gulæ uoratrina:& opinatio uehemẽs de uoluptate cibaria & ſuauiũ eſcarꝫ eſita
tione quaſi ualde expetẽda ſit inherens & penitus inſita:ligurire eſt ſuauibus eſcis bona cõſumere:απο
του λιχνευειν deriuatũ:græci λιχνον ſuaue appellãt auctor Donatus enarrãs illud ex eunucho te
rẽtiana:itidẽ pr̃ia q obligurierat bõa alii a ligo deduci malũt ligurire dixit nonius deguſtare ẽ abligurir̃
multa auide cõſumer̃. Ora. Semeſos piſces tepidũq; ligurierit ius liguritores dñr guloſi uoratoreſq; edu

ꝓ pſalterio erotica Mulieroſitas. Mulieroſi. Mulierarii Auerſa autem uenus. Euripides oſor mulierꝫ De timone pulcra. Miſantropos. Epitaphiũ timonis. Timonium. Sillographi Silli Miſogynia Peruicacia Pertinacia. Pertinax uirtus. Liguritio ligurir̃ Liguriores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

liorum dulciorꝝ. Macrobius ait: a lucilio lupũ piscẽ appellari catilonẽ quasi liguritorẽ: per trãslationẽ i
Inguinũ ligu ritor re obscena decenter dictũ est ab ausonio cũnilingus liguritor: cũ inquit eunus syriscus iguinũ liguritor.
Temulentia Temulentia: ebrietas: & est opinatio uehemẽs de uinolentia: quasi ualde sit expetẽda: temetũ prisci ui-
num dixere: unde & temulentia appellata: auctores Plinius: & Gelius. Mulieres romæ uitã abstemiã egis-
se: & temeto abstinuisse dicunt: ideoq; ait Cato propinquos fœminis osculũ dare solitos: ut sentirẽt an
temetum olerẽt. Cupedia nonius marcellus allegat hunc locũ: exponẽs cupediam pro cuditate sed pa-
Temerum. rum scite exposuit: nã cupedia nõ oĩs cupidi
tas significat: sed ad ganeã tantũ refert: & est
Cupedia. lauticia ciborꝝ: siue cupiditas lautiorꝝ edulio
rum: quasi ualde expetẽda sit: cupedias antiq
Cupediæ lautiores cibos noĩabãt: & forꝝ cupedinis ma
cellũ qđ simachus forꝝ cupedinariũ appellat:
Forꝝ cupedinis. fortassis a cupiditate: uel qđ ibi fuerit domus
cupedinis romani equitis: uñ cupedinarii di
cti: q esculenta & poculenta uẽdũt: sup qua re
Cupediarii. uberius explicariusq; pscripsimus apud Sue-
tonĩu: & ĩ primo apulei cõmẽtario. In hospi
Hospitalitas talitas: hõ appellandus hõ nõ est: qui hospita
litatẽ ĩprobat: eamq; asserit expetẽdã eẽ cũ
Xenios nihil ferme sit humanius nihil hoĩe dignius q̃
Iuppiter hospitalitas: q̃ speties est liberalitatis recte a
Theophrastro est laudata hospitalitas: ẽ enĩ:
ut Mar. Tullio uĩ ualde decorꝝ: paterĩ domos
hominũ illustrium illustribus hospitibus: ci-
monis hospitalitatẽ in suos curiales celebrãt:
qui ita instituit: & uillicis ĩperauit: ut oĩa illis
pberent: græci Iouem appellãt ΧΕΝΙΟΝ. idest
hospitalẽ quia hospitẽ nõ negligere & hoĩem
alienũ inuitare amicitiæ initiũ ẽ ut scribit Di
on: Iuppiter Xenios idest hospitalis signifi-
catur illo uersu maroniano. Iuppiter hospiti
bus: nam te dare iura loquũtur: ab Ouidio Iuppiter hospes pro hospitalis dictus: cũ ait stabat iouis ho-
spitis ara in decretis canonicis. Di. xlii. præcipitur sacerdotem esse oportere hospitalẽ: & hospitalitatis
exhortatorẽ. Itẽ Di. lxxxv. hospitalitas ẽ inqt usq; adeo episcopis necessaria: ut ab ea alieni iure phibeã
tur ordinari: atq; inibi taxat quidã archidiaconus florẽtinus tenax & deparcus cuius domũ nunq̃ amicus
Odisse sit ĩgressus. Vt hippoliti: hippolitũ fuisse osorem mulieꝝ muliebrisq; cõcubitus satis liquet & testatur.
Seneca tragediographus: apud quem sic loquitur hippolitus: detestor omnes: horreo fugio: execror: sit
rõ: sit natura: sit durus furor: odisse placuit. Ad alios morbos procliuiores: quẽadmodũ quidã sunt pro
cliues: & inclinati ad morbos corporꝝ sic sunt quidam ppensi ad morbos animorum. Dicimus hemorro
ĩcum: podagricũ non qđ sp patiatur hemorroidas: & podagrã: sed quod sepe sitq; ad id morbi genus ĩcli
natior. Itẽ dicimus iracundũ meticulosum ebriosum non q; semp in ira metu: ebrietate sint: sed quod se
Grauedo: pe: & talibus pturbationibus obnoxii. Et ita similitudo quædam apparet morborꝝ animi: & corporis qđ
a stoicis: & maxime a Chrysippo tractatur cuius rei supra quoq; facta mentio ẽ. Grauedinosos. Graue
Coryzæ. do ẽ humor ex capite distillẽs: hæc ut docet Cor. celsus in quarto nares claudit uocem obtundit: tussim
siccam mouet hinc illud apuleianũ ex floridis: nares grauedine oppletæ Catullus sentire cesso quod gra
Grauedinosi uedinem & tussim. Græci coryzas uocant: hippocrates distillationes omnes & grauedinem nominat co
rizas. Inde grauedinosi dicti: qui ad grauedinis morbum procliuiores sunt. Decipitur uir alioqui do-
Error i cornucopiæ ctus: qui scripsit in cornucopiæ. Grauedinosum dici: alio nomine tormĩosum: idq; pbat hoc Ciceronis
testimonio: quod oppido q̃ absurdũ ẽ: cum lectio Ciceronis si recta sit grauedinosos a torminosis disiun
gat sicuti significatu ipo disiungunt: sic enim uerba hæc legenda sunt: itaq; dicimus grauedinosos quos
dam torminosos & ita. Mar. Tullius. Alios grauedinosos dici significat alios torminosos: a diuerso gñe
Torminosi. morborum: cum grauedo sit morbus capitis: tormina intestinorꝝ. Non iunctim legendum est ut illi le-
gunt sed discretim: atq; distincte: ut nos legimus: torminosos autẽ dici eos: qui patiunt tormina & ad cũ
morbũ procliuiores sunt: q̃ uulgo dysenteria nominatur: nemo mediocriter doctus ignorat: & nos su-
pra annotauimus. Alii ad metum scilicet procliuiores sunt & hi timidi dicuntur: qui distant a timenti-
bus cũ timidus ex natura sit: timens ex causa. Vnde anxii: ab anxietate dicti sunt homines anxii: non q
Anxitudo sp sunt in anxietate: sed qui ad hanc perturbationem proniores sunt & anguntur aliquando antiqui an
xietudinẽ dixerũt: quæ a nobis anxietas: sic. M. Tullius libro de re. pu. secũdo. Anxitudo pna ad luctũ:
Ira & mœrẽs sp ipsa se solicitãs: pacuuius: tristitia atq; animi ĩtollerãda anxitudine. Iracundia ab ira difert
Iracundia. Donatus iracũdiã ab ira sic seiungit: ut ira sit de causa iracũdia de moribus: & de uitio multũ irascẽtis. Se
neca libro primo de ira: quo distet ira ab iracũdia apparet quo ebrius ab ebrioso & timens a timido ira-
tus põt nõ eẽ iracũdus iracũdus põt aliquãdo nõ iratus esse idẽ libro. xii. epistolarũ mortaliũ scribit plu

peruicatia: liguritio: uiolẽtia: cupedia & si qua sũt
similia. Est ãt auaritia opinio uehemẽs de pecũia
quasi ualde expetẽda sit ihærẽs & penitus insita si
milisq; ẽ eiusdẽ generis diffinitio reliquarꝝ. Offen
sionũ aũt diffinitiões sunt eiusmodi. Vt inhospita
litas sit opinio uehemens ualde fugiẽdũ eẽ hospi-
tem: eaq; inherens & penitus insita: similiter diffi-
nitur & mulierꝝ odiũ ut Hippoliti: & ut Timõis
generis humani: atq; ut ad ualitudinis similitudi-
nem ueniã: eaq; collatione utamur aliqñ: sed par-
tius q solent stoici: ut sũt alii ad alios morbos pro-
cliuiores. Itaq; dicimus grauedinosos quosdam:
quosdam torminosos non quia iam sint: sed quia
sæpe sint: alii ad metum alii ad aliam perturba-
tionem procliues. Ex quo in aliis anxietas: unde
anxii. In aliis iracundia dicitur quæ ab ira dif-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

rimum itereſſe: iter ebrioſum & ebriū. Nā pōt q ebrius eſt tūc primū eē: nec habere hoc uitiū: & qui ebri oſus ē ſepe extra ebrietatē eē: ſicut diſtat ebrius ab ebrioſo: ita ebrietas ab ebrioſitate: alteꝝ affectiōis alteꝝ habitus. Amatorē: i amatore ꝓcliuitas ē naturalis ad amādū. Amans uero amator & cā: amator ut ī quit Donatus fingi pōt amās uere amat. Procliuitas: lapſio: iclinatio: ꝓcliuis. n. pronus inclinatuſq; ſi gnificat. Res nō habet: ut q ꝓcliuis eſt in odium hominū: q̄ res nomen ſingulare non habet. Liuidi li uor nō multū diſtat ab īuidia de quo ſilius atq; angens utraq; manu ſua gutura liuor. In de liuidus ꝓ īui

fert. Eſt que aliud iracundū eſſe aliud iratum ut differt anxietas ab angore neq;. n. oēs anxii q an gunt̃ aliq̄n neq; anxii ſemp angunt̃ ut inter ebri etatē & ebrioſitatem intereſt. Aliud eſt eſſe ama torem aliud amantem. Atq; hæc aliorum ad alios morbos ꝓcliuitas late patet nā pertinent ad oēs p turbationes in multis etiā uitiis apparet ſed nomē res non habet ergo īuidi & maliuoli liuidi & timi di & miſericordes quia ꝓcliues ad eas perturbati ones ſunt non quia ſemp ferant̃. hæc igitur ꝓcli uitas ad ſuum quodq; genus ſimilitudine corpis ægrotatio dr̃ cum ea intelligat̃ ad egrotandū ꝓ cliuitas ſed hæc in bonis rebus q; alii ad alia bona ſunt aptiores facilitas nominetur: ī malis procliui tas ut ſignificet lapſionē ī neutris habeat ſuperius nomē. quomodo aūt ī corpore morbus ægrota tio & uitiū ſic ī aīo. morbū appellant totius corpo ris corruptionē. Aegrotationē morbū cū ībecilli tate. Vitiū cū partes corporis īter ſe diſſident. Ex quo prauitas mēbrorū diſtortio deformitas. Ita q; illa duo morbus & ægrotatio ex totius ualitudi nis corpis cōquaſſatiōe & ꝑturbatiōe gignunt̃. Vitiū āt integra ualitudine ipſum ex ſe cernitur. ſed tantūmodo ī animo cogitatōe poſſumus mor bum ab ægrotatiōe ſeiungere. Vitioſitas āt eſt ha bitus aut affectio in tota uita ineonſtans & a ſeipā diſſentiens ita fit ut in altera corruptione opinio num morbus efficiatur & ægrotatio ī altera incō ſtantia & repugnantia. Non enim omne uitium partes hēt diſſentientes ut eoꝝ qui nō longe a ſa pientia abſunt affectio eſt illa quidem diſcre pans a ſeipſa dum eſt inſipiens: ſed non diſtorta

do ponitur & υπ̄οκοριστ̄ικω. ū liuidulus iu uenalis: īuideas ſi liuidulus ſis. De liuiore ait maro liuor tabificū malis uenenū: a poetis dr̄ liuor edax: q ut ait Ouidius: paſcitur in uiuis poſt fata qeſcit: flagelli plaga liuiorē facit ut ſcriptū eſt in eccleſiaſtico. i. pallorē: un̄ liuētia planctu brachia dixit filius: & liuētes ſcapulas Hieronymus: talis color in īuidentiū ore con ſpicit̃. In bonis facilitas: in illis q. ꝓcliues ſūt ad humanitatē liberalitatē: ad ingenuas diſci plinas: dicet̃ facilitas: cū ꝓcliuitas dicat̃ in his qui ad aliqd̄ uitiū proni īclinatiq; ſunt: & ita diſtinguit. Mar. Tullius facillitatē dici in bo nis: ꝓcliuitatē ī malis: lapſionē: tanq̄ ī malū: nemo enī dicit̃ recte labi ī id quod bonū eſt. In neutris: q̄ neq; bona neq; mala ſūt q̄ adia phora uocāt græci: īdiferentia nr̄i. Superius nomē. ſ. facilitatis. Morbum appellant: ſabi nus: labeo cæteriq; iuriſcō ſulti: titulo ad edi ctum ediliciū ſic morbū definiūt. Morbus eſt habitus cuiuſq; corporis cōtra naturā: q uſū eius faciat deteriorē: ſed morbū alias in toto corpore accidere dicūt: alias ī parte corpis: to tius corporis morbū eē: ueluti phtphiſis eſt & febris: partis aūt ueluti cecitas: aut pedis debi litas in libris quoq; iuris peritoꝝ ſcriptum ē: morbū & uitiū diſtare: qd̄ uitiū ꝑpetuū. Mor bus cū acceſſu diſceſſuq; ſit: Nunc. Mar. Tul lius paulū diſſidens a finitiōe iuriſcōſultorum ait morbū eſſe totius corpis corruptionē: ue lut febris ē: uitiū q; uero in parte corpis uelu ti claudicatio ē & gibboſitas interdum eſt ui tiū corporale uſq; ad animū ꝑueniens eumq; uitians ut in phrenetico: fit comparatio per ſi militudinē morboris corpis ad morbos aī: ſe neca morbos animi ait eē uitia īueterata & du ra ut eſt auaricia: affectus uero motus aī īpro babiles & concitatos. M. Tullius hoc in loco ſubtilius diſtinctius uberius cūcta partitur & explicat. Morbum cū ībecillitate. i. leuiorē morbū. Integra ualitudine: īcolumi ſanita te uitium in parte corporis cōſpicitur ut ē lu ſcus: claudus: gibboſus: corpus. n. talium ſa num eſt: & integra ualitudine: ſed uitio defor matur. Vitioſitas ē habitus aut affectio: af fectio ē accidēs qualitas uel ſponte uel ſtudio mox deſtituta: nam ſi permaneat fit habitus: dicta affectio q; inficiat qualitate: & erit affectio incipiens habitus: in affectio nes inclinamur ſtudio quo dam. i. uoluntate applicata in aliquas qualitates: quas diligentia cōparat facit q; perfectas: & habitus no minatur: ut res fiat apertior: iracundum eſſe habitus eſt: iratum affectionis: oratorem eſſe habitus ē & ui ctus ſi ī exercitatiōe ſit ut cicero: q aſſiduo ſtudio: ꝑſeuerāti diligētia. Ita rhetoricē ꝑcepit ut ea in eo ꝑpe tua eēt: habitū cōſecutus ē: & qa eius actū ſibi īſtituit ad uſum uitæ: fuit & in habitu & ī uictu. Affectiones ut īqt Ari. in ſcd̄o ethy. neq; uirtus ſunt neq; uitia. Ideoq; ſecūdū affectiones nō laudamur nec uitupera mur: græce habitus dicit̃ εξισ hinc illud plinianum ex epiſtolis: at tantā. ezin ſtudio & exercitatione per uenit. In altero in conſtantia: repugnantia ex hac conſtantia uitioſitatis ē illud oratianum: qd mea cū pugnat ſentētia ſecū: qd̄ petit ſpernit repetit quod nuper omiſit: eſtuat & uitæ diſconuenit ordine toto.

Ebrius Ebrioſus.
Procliuitas
Liuor
Liuidulus.
Facilitas ī bonis.
Procliuitas in malis.
Adiaphora
Morba quid.
Vitiū
Morbi animi: affectus
affectio habitus
Iracūdū eē habitus.
εξιн

Partes dissentiētes. Idē Oratius inqt pars hoium uitiis gaudet cōstāter & urget ꝑpositū: pars multa natat. Sint ne eiusdē. s. uitiositatis. Manētes: iueterata uitia sūt & ptinacit̄ iherētia: ut auaritia & iracūdia. Mouētes: letitia: cupido: metus egritudo aīum mouēt & īpellūt: distrahūtqꝫ uarias ī ptes. Corpis similitudo: sicut ī corpe ē morbus & uitiū: sic. n. aīo. Itē sicut corpe ē sanitas pulchritudo: robur: uelocitas sic ēt in aīo earundē reꝝ similitudo cōspicit̄. Nā sapiēs dr̄ eē ꝓditus aī sanitate: pulchritudine: robore: uelocitate: & similibus. Sanitas sic aī. Vbi nullæ ꝑturbatiōes grassant̄ intra aī penetralia: ubi pura cōcors: iperturbata ē mēs hoīs: ubi illa trāqllitas est quā Democritus euthymian uocat: tūc sanitas aī cōstat: tūc rectū aī seruatur: tūc hō īteger ē aī: nec eget medicina: apud Oratiū ī sermōibus sic scriptū ē: qsnā igit̄ sanus? q nō stultus: qd auarus? stultus & īsanus: qd si qs ñ sit auarus cōtinuo sanus? mime: cur stoice? dicā Tēperātiā q̄ appetitiōes cohibet: libidinē frenat: & ī alios nō rectos īpetus aī dn̄at cuius ptes sūt Cōtinētia. Clemētia: Modestia. Qui ī insipientē cadat: Sicut ī egrotū cadit sanitas corpis: cū curatiōe medicoꝝ morbus auferē: sic ī insipiētē cadit qdā aī sanitas: cū medicamētis philosophoꝝ: phiæqꝫ q̄ aīoꝝ medicina ē ꝑturbatiōes extirpāt: & uitia ex aīo auferūt. Coloris suauitate: pulchritudinis corpalis duo sūt gn̄a. In altero uenustas est. In altero dignitas uenustatē muliebrē appellamus dignitatē uirilē formæ āt dignitas coloris bonitate tuenda ē color exercitatiōibus corpis ut eloqnter scri. M. tul. ī primo de officiis: hoīs natura desiderat ut partes corpis ualeāt uigeant: ut nec absit qd eaꝝ nec egrū debilitatūue sit: ut tota figura & forma: & statura: pulchritudine qdā cōcinnata conueniat: huius pulchritudinis similitudo qdā ī aīs ē qn̄ stabilitas qdā & cōstantia iudicioꝝ opinionūqꝫ cōcordit̄ copulant̄. Aī uires noīant̄ docti idoctiqꝫ ꝑpe īdifferēter hoc locutiōis genus usurpant: ut dicāt hoiem forti aīo: & uiribus aī & mētis robore septum ac munitū eē sicut de corpe robusto dicimus: uires & neruos iesse ī neruis āt robur peculiariter existit. Inde dicimus rē eē sine neruis: q̄ debilis ē & ībecilla. Oratius sine neruis altera qcqd cōposui pars eē putat apud Terentiū: illud ꝑuerbiale digna res ē: ubi tu neruos itendas tuos: qd significat oībus uiribus laborādū eē. Apud. M. Tulliū itaqꝫ cōtēdit oēs neruos chrysippus. Apud. M. Varronē. Aristarchei suos cōtēdūt neruos: ꝑ eo qd ē uires oēs ītēdūt. Martius romanus īperator auctore Iulio capitolino tāta manuū fortitudine ꝓditus fuit ut ī digitis neruos uideret̄ hūisse nō uenas. Iuuamētū neruoꝝ ē sicuti Auicena Galenus & cceteri tradūt ut caro corroboret̄: & corpus fortius fiat origo neruoꝝ a corde ē ut Aristoteles aristotelicique ptinacit̄ affirmāt. Cū cæteri a cerebro oriri tradāt sine neruis sūt q̄dā aīalia ut pisces ut iqt Pli. in. xi. neruicos appellāt hoīes neruis laborātes. Victuuius ī. viii. a q̄ neruicos & podagricos efficiūt græci τανῦρα neruos dicūt īde neurobatæ dcī q ābulāt sup neruos & fūes neruicos. Iulius firmicus neurobatæ īnqt erūt nati subsidere igeniculi. Velocitas corpis nati sub lepori sidere aues uelocitate corpis suprare uidebūt̄ auctor. Iulius fir. ī. viii. Ingenii. laus hic īgeniū uelox dicimus qd uersatile ē & celeritate q̄dam ad res multas ꝑcurrēdas ꝓditū. Iuue. īgeniū uelox audacia pdita. Aī uolētes scd̄m dogma stoicoꝝ locutus ē: q aiūt aīos bene cōstitutos ac sanos nullo morbo nulla ꝑturbatiōe tēptari posse q̄lis ē aīus sapiētis q ī statu btissimo collocatus perēnit̄ ī ea btitate cōsistit. Siue culpa. Repente egrotat corpus hoīs & aliquo morbo uexat̄ sine culpa ip̄ius cū ita natura cōparatū sit ut corpa nr̄a pp fragilitatē ībecillitatēqꝫ sint obnoxia morbis ꝑpe īfinitis sepe uidemus qd tēperatissimos hoīes morbus īuadit. Validissimos phthysis sicut innocētissimos pœ̄a secretissimos tumultus. Aīoꝝ ñ itē offēsiōes aīoꝝ siñ culpa ip̄oꝝ accider̄ ñ possūt nā ut in

nec parua. Morbi āt & ægrotatiōes partes sūt uitiositatis: sed ꝑturbatiōes sint ne eiusdem ptes questio ē. Vitia eni affectiōes sunt manētes: perturbatiōes āt mouētes ut nō possint affectionū manentiū partes esse: atqꝫ ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo: sic & in bonis: sunt enim ī corpore ꝓcipua: pulchritudo uires ualitudo: firmitas uelocitas sūt itē in aīo corporis tēperantia: cū ea congruunt inter se: e quibus constamus: sanitas sic animi dr̄ cū eius iudicia opinionesqꝫ concordāt. Eaqꝫ est animi uirtus: quā alii ipsā tēperantiā dicūt esse: alii obtemperantem temperantiæ preceptis: & eam obsequētem nec habentem ullam speciem suam sed siue hoc siue illud sit in solo esse sapiente: est autem quedam animi sanitas quæ in insipientem etiā cadat: cū curatione medicorum perturbatio mētis aufertur. Et ut corporis est qdam apta figura mēbroꝝ cū coloris q̄dā suauitate: eaqꝫ dr̄ pulchritudo sic ī aīo opinionum iudicoꝝqꝫ æqualitas & cōstātia cū firmitate quadā & stabilitate uirtutē subsequens aut uirtutis uim ipsā cōtinēs pulchritudo uocatur itē quæ uiribus corporis & neruis & efficacitati similes similibusqꝫ uerbis aī uires noīant̄. Velocitas autē corpis celeritas appellat̄ q̄ eadem igenii etiā laus hētur ꝑpter aī multaꝝ reꝝ breui tpe percursionē illud animorum corporumqꝫ dissimile est. qd animi ualentes morbo tentari non possunt corpora possunt sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt animoꝝ non item quorum omnes

Similitudo corporis ad animū. Euthymia democriti Quis nā igit̄ sannus. In isipiētē sanitas cadit Venustas. Dignitas. Pulchritudo. animi In neruis robur. Cōtendit neruos. Origo neruorum. neruici Neurobatæ. Ingenium uelox. Tēperatissimos morbo iuadit.

quit Oratius. In culpa est animus: qui se non effugit unquam: ẽ enim in potestate nostra turpe agere & nõ agere est in nobis probos eẽ & improbos: sed econtrario non est in arbitrio nostro bene ualere & egrotare: prauitas enim animi ut docet Aristoteles in tertio ethicorum uoluntaria res est. Morbus autem corporis uoluntarius non est Bestiæ simile quiddam: Muta animalia: ut auctor est Seneca in primo de ira humanis affectibus carent: habẽt aũt similes illis quosdã ĩpulsus: alioqn si amor in illis eẽt & odiũ eẽt. Si amicitia. & si multas: si dissensio & cõcordia quoꝝ aliq̃ i illis quoq; extãt uestigia: cæteꝝ humanoꝝ pectoꝝ ꝓprie sunt affectiões ꝑturbatiõesq;: qđ aũt ait Ouidius. Nõ aper irasci meminit: irasci dicit ĩcitari ĩpingi. Aristoteles quoq; in. vii. æthicorũ tradit bestias neq; tẽperatas: neq; ĩtẽperatas dici nisi per similitudinẽ. Inter acutos: Acumine igenii ꝓditos. Hebetes: stupidi ĩgenii ac torpidi. Vt æs corinthiũ in eruginẽ: sensus est sicut æs corinthiũ: qđ reliquo ære ꝓciosius ẽ: tardius fit æruginosum: q̃ cætera: sic igeniosi hoĩes serius ĩcidunt in morbos aĩ: q̃ faciãt hebetes & obtusi: & celerius recreantur reualescũtq;: Erugo dr̃ aeris rubigo. Plinius in. xxxiiii. refert aera extersa. Celerius rubiginẽ trahere q̃ neglecta: nisi oleo perunganť: fit & ærugo plurimis modis nãque & ex lapide: ex quo coquiť. æs deradiť: & ex lamellis aeris ĩ cado sup acetũ suspẽsis & opculo obturatis cuiꝰ rei uictruuius quoque meminit in. vii. Quidã uasa cõdidi aeris fictilibus cõdũt in aceto radũtq; ĩde eruginẽ: alii declinatã aeris scobem aceto spargũt Eruginis in medicia magnus usus. uis eius est collyriis oculorũ aptissima: & de lachrymationibus mordẽdo proficiẽs. Cruda erugo uulnerariis emplastris misceť callũ fistularũ erodi uitiorũq; q̃ circa sedẽ sunt. Aes qđ coronariũ appellãt. ocissime cõtrahit eruginẽ est alterũ genus eruginis quã scoletiã uocant a specie uermiculoꝝ. græce. n. σκωληκίου dicitur uermiculus. Galenus libro nono. τοῦ ἁπλῶν mentionẽ facit erugis quã græco uocabulo appellat Ion. Apud oratiũ & Iuuenalem erugo pro pecunia q̃ ex ære fit decenter usurpať ab erugĩe fit eru giosus Sene. in lib. de breuitate uitæ: maiorem dierũ partem in eruginosos lamellis consumit. Vt misericordia iã dictum est misericordiã a stoicis inter uitia numerari tanq̃ uitiũ sit pusilli aĩ habens tamẽ spẽm humanitatis & clementiæ cũ ex alienis malis ꝓueniat.

morbi & perturbationes ex aspernatione rõnis eueniunt. Itaq; in hoibus solum existunt: nam bestie simile quiddam faciunt: sed in perturbationes nõ incidũt. Inter acutos aũt & hebetes iterest q̃ ingeniosi ut æs corinthium in eruginem sic illi in morbum & incidunt tardius & recreantur. ocius hebetes nõ ita: nec uero in omnẽ morbum ac perturbationem animus ingeniosi cadit. Nõ enim multa efferata & imania: quedam autem humanitatis quoq; habent primam speciem: ut misericordia: ægritudo metus Aegrotationes autem & morbi animorũ difficilius euelle posse putantur: quam summa illa uitia q̃ uirtutibus sunt contraria. Morbis enim manentibus esse uitia sublata nõ possunt: quia non tã celeriter sanantur quam illa tolluntᷓ habes ea: quę de perturbationibus enucleate disputant stoici: q̃ logica appellant: quia disseruntur subtilius. E quibus tãquam e scrupulosis cotibus enauigabit oratio. Relique disputationis cursum teneamus. Modo satis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate. A. Prorsus: sed si qua diligentius erunt cognoscẽda q̃remus alias. Nunc uela que modo dicebas: expectamus & cursum. M. Quando & aliis locis de uirtute dixius & sæpe dicendũ erit plerasq; enim quæstiones quæ ad uitam moresque pertinent: a uirtutis

Virtutibus cõtraria. ut fortitudini ignauia iusticiæ iniustitia fidentiæ diffidentia. Illud annotandũ unicuiq; uirtuti uitium unũ cõtrarium & alterũ finitimum reperiri aut certo iã noĩe appellatũ aut sine ullo certo noĩe ut religioni cõtrariũ uitium est irreligiositas finitimũ superstitio ut fortitudini cõtraria est ignauia audacia uero appositum est & ꝓpinquũ uitiũ ideoq; Aristoteles latissime disserit in ethicis uirtutes eẽ mediocritates in meditullio excessus & defectus positas: mediocritatem eẽ laudãdam. extrema reprẽsibilia ex qua snĩa ductus est oratianus ille uersus scitu dignus. uirtus est mediũ uitioꝝ & utrinq; reductũ. Logica: quasi rationalia & subtililiter disputata. λογος eni græce rõ est uerbũ & sermo. a philosophis ἀργὸς λόγος: dr̃ ignauia rõ. quã M. Tul. in lib. de fato ĩprobat. E scrupulosis cotibus trãslatio a nauticis q̃ nihil magis q̃ scropulos ut saxa subaquanea. ex qbus ubi enauigauerũt ꝓpe in tuto sunt & reliquũ nauigatiõis cursum facile cõficiũt. Cõsimiliter ĩ oĩone ꝓ celso. sed quoniã emersisse iã euadis & scopulos ꝓteruecta uideť oĩo mea per facilis mihi reliquus cursus ostendiť Hieronymus quoq; scribẽs in ruffinũ eadẽ metaphora usus decenter inqt: sed qm̃ de confragosis & asperis locis enatauit oratio. Nũc uela ante dictum ẽ utrũ mauis ne nos statim uela facere: an quasi e portu egredientes paululũ remigrare per quã nauticã trãslationẽ significat pãdenda eẽ uela oĩonis & latissima disputatiõe expaciandũ quod ꝓpriũ estᷓ peripateticoꝝ quoꝝ oĩo patens ẽ similisq; manui expansæ cum stoicorum ac dialecticorum sit remigatio quorum oratio cõstricta est similisq; pugno concluso. Virtus affectio animi diffinit uirtutem quã philosophi uarie diffiniuerunt. Virtus inquit Aristoteles est habitus electiuus in mediocritate cõsistens. Oratius ita diffinit. Virtus est uitiũ fugere & sapientia prima huic oratianæ diffinitioni declamat. Lactantius dicẽs ĩeptã esse quoniam enim e contrario terminauit ut si diceret bonũ ẽ quod malũ nõ est ex quo melius illi finisse uidentur a quibus dicitur.

Est in nobis recte agere uel per peram
Bruta carent affecti bus humanis
Nõ ap irasci memi nit
Erugo.
Ion.
Erugi nosus
Virtutes ĩter duo uitia
Religio
Irreligiositas
Superstitio
Virtutes ĩ meditullio
Logos
Argos logos
Saxa subaq̃nea.
Oratio lata peripateticorum
Cõclu sa stoicorum
Virtus quid

Luciliāi uersus de uirtute — Virtus est bonū facere:malum non facere.Lucillius.paucis uersibus collegit & enarrat diffinitiōem uirtutis:cum ait.Virtus scire homini rectum:utile quid sit honestū:quæ bona quæ mala.Itē quid inutile turpe inhonestum:uirtus querēdæ rei finē scire modumq;.Virtus diuitiis pretium persoluere posse.Virtus id dare:quod re ipsa debet honori:hostē eē atq; inimicū hominum morumq; bonoꝝ. Cōmoda præterea patriæ sibi prima putare:Deinde parentū.Tertia iam supremaq; nostra.Virtus inquit Seneca: non aliud q̄ recta rō est:cui astipulatur hoc in loco.M.Tullius.Virtus ut auctor ē Augustinus ī quarto de ciuitate dei a ueteribus definita ē.Ars bene recteq; uiuendi.

Virtus recta ratio

Arete unde Ars — Vnde ab eo qđ græce arete dr̄ uirtus nomē artis latinos traduxisse putauerunt.Virtutē antiqui deā fecerūt:quā augustinus nō esse deā sed donū dei asserit.Cicero in rhetoricis uirtutē sic diffinit. Virtus est aī habitus naturæ mō atq; rōni cōsentaneus.

Virtus dea

Virtus expetēda pp se — Sua sponte laudabilis:reꝝ expetēdaꝝ tria genera sūt: nā est qddam qđ sua ui nos alliciat ad sese nō emolumēto captās aliquo.sed trahens sua dignitate:quod genus est uirtus: sciētia ueritas: est alind nō propter se sed propter fructum atq; utilitatem petēdū: qđ pecunia est.Est porro quiddam inter mediū: qđ sua ui & utilitate nos īductor ducit:quo magis expetetur:ut amicitia & bona existimatio.

Amicitia pp se & utilitatem

Aristoteles ait in primo ethicoꝝ uirtutē expeti tum propter se tum propter fœlicitatē per illam namq; fœlices nos fore cōfidimus.

Cacia Cacosis — Sic malo:potius uolo. κακιαν. Diuus Hieronymus in explanatione illius loci ex euāgelio nolite solliciti esse de crastino. sufficit enī diei malicia sua sic exponit. κακια quā latinus uertit in maliciam apđ græcos duo significat & maliciā & afflictionem:quā κακωσιν græci dicunt.& hoc magis pro malicia transferri debuit: cicero mauult κακιον uitiositatem interprætari q̄ malitiam.

Malitia ī bono

Turpe/læ — Cū uitiositas:nomen sit generalius ad omnia uitia pertinens malicia specialius apud ueteres malicia erat.τουμεσον quasi sit & bona & mala:ut dolus bonus & malus.hinc illud plautium cum laude: te ciuem summa omni malicia.P.Africanus omnia mala inquit probra.flagitia: quæ homines faciunt in duabus rebus sunt malicia atq; nequitia.

fonte ducuntur.Quando igitur uirtus est affectio animi constans cōueniensq;: laudabiles efficiēs eos in qbus est & ipsa per se sua sponte: separata etiam utilitate laudabilis:ex ea proficiscunt̄ honestæ uoluntates sententię actiones:omnisq; recta ratio: q̄q̄ ip̄a uirtus breuissime ratio recta dici potest. Huius igitur uirtutis cōtraria est uitiositas.sic enim malo q̄ malitiam appellare eam: quam græci κακιαν appellant.nam malitia certi cuiusdam uitii nomen ē: uitiositas omnium.Ex qua cogitātur perturbationes.quæ sunt ut paulo āte diximus turbidi animorum concitatiq; motus auersi a ratione & inimicissimi mentis uitæq; tranquillæ.Important enī ægritudines anxias atq; acerbas animosq; affligūt & debilitant metu.Item inflammant appetitione nimia quam tum cupiditatem tum libidinem dicimus impotentiam quandam animi a temperantia & moderatione plurimum dissidentem:quæ si quando adepta est id quod ei fuerit concupitum: tum fert alacritatem:ut nihil esse constet quod agat: ut ille qui uoluptatem animi nimiam summum errorem esse arbitratur:eorum igitur malorum in una uirtute posita sanatio est.Quid autem est nō miserius solum:sed fœdius etiam & deformis q̄ egritudine:qs afflictus debilitatusque iacens: cui miseriæ proximus est is qui appropinquans aliquod malum me

Turbidi motus.Apuleius non minus licenter q̄ decenter turbelas appellat hosce turbidos motus pturbationum.Cum ait in demōio Socratis.Quæ omnes turbelæ tempestatesq; procul a deorum celestium tranquillitate exulant.

Impotētia — Impotentiam:Scilicet important.Est autem impotentia īmodica immoderataq; potentia. Impotens fortuna:impotens tyrannus dicuntur a nimia licentia nimiaq; potētia. Suetonius ait Cæsarem edere solitum uoces impotentiæ.

Alacritas — Alacritatem.In malis dici alacritatem testis est Nonius. Et īdicat Cicero cum ait uirum temperatum constantem eē sine alacritate sine ulla libidine. Asconius pedianus tradit alacrem dici eum q uiget sensibus uniuersis quod est iudiciū erecti animi atq; sublimis. sicut econtrario.

Alacer Lacer — Lacer dr̄ amputatis in corpore membris.hoc est auribus oculis manibus.quod & ad animum sepe transfertur.sic Alacer dr̄ is cui omnis sensus in suo loco quisq; degat.illud quoq; ītelligitur.aliud eē alacrem.aliud letum.sunt quia alacrem festinantem & properem dici putent quasi alis acrem.

Voluptatē animi nimiam — Vt ille qui uoluptatem.Hoc sumptum est ex fabula uetusti poetæ fortassis Cecilii.apud quem inducebatur adolescens ex nimia uoluptate impius animi & deerans a ratione nimioq; gaudio penæ desipiens. Simachus ait læticiam esse fuimet ipsius ostentationem.Marcus Tullius epistola quadam ad Cecilium mutuatur hæc eadem uerba eandemq; sententiam tanquam aliena. Sic enim scribit.Repente uero incessi omnibus lætitiis. In quo cum obiurgaret ꝙ nimio gaudio dissiperem.Ita me defendebam uoluptatem animi nimiā: quidam codices habent non animi sed homini.ut sit sensus nimiam homini uoluptatem eē cām desipiētiæ.

Ex gaudio insania — Quod liquet exemplo illius Histrionis.Qui a Mithridate factus repente ditissimus per urbē cōcitatus currebat ex gaudio ex quo cum a prætereuntibus irrideretur uersus ad illos non id mirandum eē dicebat. sed potius quod obuios lapidibus nō feriret præleticia īsaniens. Quis aliqs. Proxius ē.miseriæ ꝑuenientī ex egritudie siue tristitia uicina ē miseria ꝑueniēs ex metu appropiquātis mali nā sicut affligitur quispiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

ex tristitia: sic cruciatur ex metu: tanquam metus & egritudo duæ sint carnificinæ duoque animi tortores.

Pẽdet animi: animo suspenso ẽ & sollicito. Vim mali: ita distingue: nã mali casus ẽ genitiuus neutri generis: ne forte iungas mali poetæ. Impendere saxũ tantalo. M. Tullius in primo de finibus. accedit etiam mors: quæ quasi saxũ tantalo semper impendet: quibus uerbis saxum tantali refert: nunc uero ad dolorẽ & metum decenter accommodat tanquã dolor aut terros semper impendeat quibusdam sicut saxum tantalo. Plato in cratylo tantalon ĩterprætatur dici quasi talãtaton hoc est miserrimũ in fœlicissimumq;: cui uiuenti adhuc aduersa plurima & grauia cõtigerunt. Defuncto præterea saxam in caput pẽdet: quæ sors certe durissima ẽ. Lucretius & alii existimãt superstitiosos significari per eos: quibus casurum ĩminet saxũ

Saxum tantalo impendens
Tantalus uñ

tuit: examinatusq; pendet animi. quam uim significantes mali poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera animique impotentiam & superbiloquentiam: ea communis pœna stultitiæ est: omnibus enim quorum mens abhorret a ratione semper aliquis aliis dolor aliis terror impendet. Atque ut hæ tabificæ mentis perturbatões sunt ægritudinem dico & metum: sic hilariores illæ: cupiditas auide semper aliquid expetens: & inanis alacritas: idest lætitia gestiens non multum differunt ab amentia. Ex quo intelligitur qualis ille sit: quem tum moderatum alias modestum & temperantem alias constantem: continentemq; dicimus. Nonnũquam hæc eadem uocabula: ad frugalitatis nomẽ tãquam ad caput referre uolumus quod nisi eo nomine uirtutes continerentur nunquam illud ita p̄uulgatum esset: ut iam prouerbii locum optineret homiem frugi omnia recte facere: quod idem cum stoici de sapiente dicunt nimis admirabiliter: nimisque magnifice dicere uidentur. ergo is quisquis est qui moderatione & constantia quietus animo est: sibique ipse placatus: ut neq; tabescat molestiis neq; frangatur timore: nec scienter quid appetens ardeat desiderio: nec alacritate futili gestiens deliquescat. Is est sapiens quem querimus, Is est beatus cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad dimitendum animum: aut nimis letabile ad efferendum uideri potest. Quid enim uideatur ei magnum in rebus humanis: cui eternitas omnis: totiusq; mundi nota sit magnitudo? Nam quid aut in studiis humanis: aut in tam exigua uitæ breuitate magnum sapienti uideri potest? qui semper animo sic excubat: ut ei nihil improuisum accidere possit nihil inopinatum: nihil omnino nouum. Atque idem ita acrem in omnes partes aciem intendit: ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia atq; angore uiuendi ut quemcunque casum fortuna inuexerit hunc apte & quiete ferat: quod qui faciet non egritudine solum uacabit: sed etiam perturbationibus reliquis omnibus: his autem uacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit. Idemque concitatus & abstractus ab integra certaque ratione: nõ constantiam solum amittit: uerum etiam sanitatẽ.

Animi ĩpotentiam: immodicam potentiam nt supra: sisenna leticia nimia atq; ĩpotentia animi cõmotis. Superbiloquentia: a superbe loquendo compositum uocabulum: nouãtur enim uerba ex coniunctione: ut uersutilo quas malicias. Dixit uetus poeta: ut incuruescere. sic aũt dr̃ superbiloquẽtia: ut breuiloquentia: ab eodẽ. Mar. Tullio dicta est. ferunt tantalum iouis filium secreta deorũ prodidisse reuellasseq; per quãdam animi ĩpotentiam: quæ mensæ participatiõe usuque deorum nouerat: ex hac superbiloquẽtia apud ĩferos mulctatus. hic Ouidius: hoc illi garula lĩgua dedit. Dolor: hoc ad egritudinẽ refertur: sicut terror ad metum. Tabifice. perturbationes duas metum & egritudinem: optimo epitheto tabificas appellat: quoniam mentem lacerant: animũ exedunt tabem: cruciatũ. afflictonem inferunt liuioris uenenum tabificum dr̃ a poeta. tabificabile dixerunt ueteres. Ad frugalitatis nomẽ: dictum est in tertia tusculana: frugalitatẽ eẽ matrẽ & caput cunctarũ uirtutũ: cuius nomine temperãtia moderatio & modestia continentur: quæ fortitudinẽ prudẽtiam iustitiam complexa est. Hominem frugi: utilem necessarium moderatum omni uirtute præpolentem. in tertio commẽtario fusius uberiusq; perscripsi super hac dictione. Futuli: inani: futilia uasa sunt lato ore fundo angusto: quibus utebantur in sacris deæ uestæ: nam cum aqua ad sacra uestæ pertinens in terra non ponatur: id eni piaculum foret excogitatum est uas quod stare non possit: sed positum statim funderetur. Vnde a fundendo uocata sunt futilia: sic & futiles homines dicti: qui silere tacenda non possunt sed ea effundunt.

Supbiloquentia
Breuiloquentia
Tabificæ pturbatiões
Tabificabile.
Frugi
Futilia uasa
Futilis

Ad efferendum: abiiciendum: affligendũ deprimendum: quod in rebus aduersis fieri solet. Quid magnum: suspicite inquit Boetius cœlum & desinite uilia ac terrena mirari: sapiẽs ut ait seneca plenus ẽ gaudio: hilaris placidus inconcussus: cum diis ex pari uiuit. Itẽ talis est animus sapientis q̈lis mũdus super lunam semp illic serenũ ẽ.

Nihil ĩprouisum. Seneca. sapiẽs ad omnẽ ĩcursum munitus est & intentus. Sapiens dicit illud poeticum. Nõ ulla laborũ o uirgo noua mi facies inopinaue surgit: omnia percepi atq; animo mecum ĩpe peregi.

Sapiẽs plenus gaudio
omnia percepi

Quo circa mollis & eneruata putanda est peripateticorũ rõ & oratio: qui pturbari animos necesse esse dicunt: sed adhibent modum quẽdam quem ultra progredi non oporteat: modum tu adhibes uitio: an uitium nullum est nõ parere rationi? an ratio parum precipit? nec bonum illud esse: quod aut cupias ardenter: aut adeptus te efferas ĩsolenter: Ne porro malum: quo aut oppressus iaceas: aut ne opprimare mente uix constes: eaque omnia aut nimis tristia aut nimis leta errore fieri: Qui sic error stultis extenuetur die: ut cum eadem res maneat: aliter feras inueterata: aliter recentia: sapientem nec attingat quidem omnino. Etenim quis erit tandem modus iste. Quæramus enim modum ægritudinis: in quo operæ plurimum ponitur. Aegre tulisse. Publi. Rutilium fratris repulsam cõsulatus scriptum apud Fanium est: sed tamen transisse modum uidetur: quippe qui ob eã causam a uita recessit. Moderatius igitur fere debuit. Quid si cũ id ferret ĩmodice: mors liberorꝝ accessisset: nata eẽt ęgritudo noua sed ea modica: magna tũ facta eẽt accessio: qd si deinde dolores graues corporis si bonorꝝ amissio: si cæcitas: si exilium si pro singulis malis ægritudĩes accederẽt sũma ea fieret q̃ nõ sustineret. Quid modũ igitur uitio querit: similiter facit si posse putet eum

Stoici extirpãt affectus peripatetici tẽperant Seneca stoicus

Eneruata ratio peripateticorꝝ: Inter stoicos & pipateticos dissidiũ est. stoici enim ut supra docuimus asserunt perturbationes & affectus omnes extirpari posse de mentibus & nullam fibram radiculãq; uitiorum in homine omnino residere assidua meditatione uirtutum. Cõtra peripatetici: qui ex Aristotelis fonte fluxerunt & noui academici affectus moderantur ac temperant: aduersus quos. M. Tul. in præsentia tanquã stoicus alacriter disputat neruosq; cõtendit: quod & Seneca ubiq; librorũ efficere conatur. Dogmatis stoicorum propugnator accerrimus: q in epistolis ad Lucilium sic scribit: utrum satius sit modicos habere affectus an nullos sepe quesitum ẽ. Nostri illos expellũt peripatetici temperant. Ego nõ uideo: quo mõ salubris eẽ aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Cæterum Hiorõymus Lactantius. Augustinus ecclesiastici doctores reprobãt egritudinẽ stoicorum approbãtes mediocritatẽ peripateticorum quod & ratio demonstrat & sensus cõis exposcit namq; extirpare radicitus affectus ẽ hominem ex homine tollere: & ĩ corpore cõstitutum esse sine corpore & optare potiusq̃ docere meritoque scripsit flaccus in satyra. Nã uitiis nemo sine nascit. optimus ille est qui minimis urgetur & apostolica sentẽtia est: Video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Naturalia. n. hæc sunt non uoluntaria quæ peripatetici pudenter & necessario nobis ĩsita esse demonstrant. stoici ergo ut lactãtii uerbis utar furiosi: qui ea non temperant. sed abscindnnt a rebusq; a natura ĩsitis castrare hominẽ quodãmodo uolunt quod tale ẽ quale si uelint aut metum detrahere ceruis aut uenenũ anguibus aut irã feris aut placiditatẽ pecudibus qd si ut medici dicũt letitiæ affect⁹ ĩ splene est: iræ ĩ felle. libidinis in iecore timoris in corde facilius est interficere aĩal ipsum q̃ ex corpore aliqd euellere quod est animantis naturam uelle mutare sed homines prudentes non ĩtelligunt cum uitia ex homĩe tollunt etiã uirtutem se tollere cui soli locũ faciunt sunt enim hæc implicata. ut alterũ sine altero esse non possit. Nunc qui hanc immobilitatem animi asserũt priuare animum uita uolunt quia uita actuosa ẽ mors quieta qui euellit affectus quibus omnis constat humanitas: ad immobilem stuporem mentis hominem perducere: uult frustra student stoici animum a perturbationibus liberare: & ut ipsi dicunt: quietum tranquillumq; reddere: quod fieri nec potest nec oportet: cum animus immotus ac torpens inutilis sit etiam sibi nec uitam ipsam tueri possit: sed nunc audiamus Marcum Tullium stoicæ sectæ defensorem subneruare conantem orationes rationesque peripateticorum de moderandis affectibus. Alter inueterata. Leuius minoriq; egritudine. Aliter recentia: grauis maiorique mœsticia. Modumq; egritudis Temperamentum, moderationemque: ut modice temperateque dolendũ sit: modus ut ait Plautus optimus est in rebus omnibus. Fratris repulsam. De hoc Plinius in septimo Publius Rutilius morbo leui impeditus nunciata fratris repulsa in consolatus petitione illico expirauit. Summa: aceruatio & cumulus. Qui modum uitio querit: aiunt peripatetici: non est nimia leticia gestiendum: sed modice. Dolebimus sed parũ concupiscemus temperate: irascemur. sed placabimur. hoc uero tale esse uidetur. dicit aduersarius: quale si dicerent non esse currendum concitate: sed gradiendũ moderate: at potest & qui graditur errare & qui currit rectam uiam tenere. Cicero ait similiter facere peripateticos modum uitio adhibentes: ut si putẽt hominem sustinere se posse in media ex saxo præcipitatione: sed sicut q se præcipitauit sese amplius moderari & retinere non põt: sic animus perturbatione ĩpulsus cohibere se non potest: sed præceps fertur: qd autẽ e leucate præcipitauerit non credas simpliciter significari locum editum ex quo præcipitatior sit ruina. sed signate locutus est: ad historiam spectans: est enĩ in epiro leucadum litus. promontorium leucates: ubi est petra eiusdem nominis albicanti colore in pelagus porrecta. ibi saltus fiebat antiqtus: qui ad sedandos amores ualere credebat: quo in loco sapho prima dr̃ ab ex celsa leucate sese deiecisse stimulante cupidine: sicut menander auctor est. præruptã nacta in transitu petram cupidinis oestro percita. ex sũmo præceps ruit: ex animi tui sententia rex ĩperiose. antiqores scriptores nõ sapho sed cephalũ primũ ide desiliisse tradũt ptarolæ

Ecclesiastici cõtra stoicos

Hoiem ex hoĩe tollere

Lex mẽtis repugnans corpori

Letitiæ affectus ĩ splene

Libido ĩ iecore

Timor in corde

Immobilis stupor

Aĩus ĩmotus ĩnutilis

Modus optim⁹

Ex leucate precipitiũ

Salus ad amorem

Sapho ex leucate se dedit

Cephalus

amoribus captum.hinc se deucalion pyrrhæ succensus amore misit & illeso corpore pressit aquas: ob hoc
sapho in epistola ad phaonē iturā sese eē ad leucatē:indeq; se deiecturā minitatur.Ibimus o nvmphæ mon
strata saxa petemus:sit procul isano uictus amore timor.mox in calce epistolæ.sic inqt o saltē miserere cru
delis epistola dicat.ut mihi leucadiæ fata petant aquæ:hoc itelligi uoluit ausonius illo uersu & q̄ nimbosa
saltū leucate minat:hoc signat papinius cū sic scribit in epicedio parentis:saltusq; igressa uiriles non formi
data temeraria leucade sapho:q̄uis quidā aliter legant aliterq; iterpretent:locū hūc ex quinto siluarum. Vitio

igitur uitio querit:similiter facit si posse putet eū q
se e leucade p̄cipitauerit sustinere se cū uelit. Vt eni
id non pōt:sic animus perturbatus & incitatus nec
cohibere se potest:nec quo loco uult insistere oīno
Queq; crescentia pernitiosa sunt:eadem sunt uitio
sa nascētia : egritudo aūt cæteræq; p̄turbatiōes am
plificate certe pestiferæ sunt:igit ēt susceptæ cōtiuo
in magna pestis parte uersant:etenim ipæ se ipellūt
ubi semel a rōne discessum ē:ipsaq; sibi ibecillitas in
dulget:in altūq; prouehit imprudens : nec reperit
locū consistēdi. Quāobrem nihil interest: utrum mo
deratas p̄turbationes approbēt : an moderatam in
iustitiā moderatā ignauiam moderata intēperātiā.
Qui enim uitiis modū apponit his partem suscipit
uitiorum:quod cum ipm per se odiosum est tū eo
molestius:qa sunt in lubrico incitataq; semel i pro
cliue labunt:sustieriq; nullo mō possunt qd q̄ idē
peripatetici perturbationes istas q̄s nos extirpādas
putamus:nō mō nāles eē dicunt sed ēt utiliter a na
tura datas.quorū ē talis oro. Primū multis uerbis
iracūdie laudāt cotē fortitudinis eē dicūt: multoq;
& in hostē & improbū ciuem uehementiores irato
rum ipetus eē. Leuis autem ratiūculas eorū qui ita
cogitarent:prelium rectum est hoc fieri : conuenit
dimicare pro legibus pro libertate pro patria. Hæc
nullam habent uim nixi ira excāduit fortitudo:nec
uero de bellatoribus solum disputant:imperia se
uiora nulla esse putāt sine aliqua acerbitate iracun
diæ. Oratorem denique non modo accusantem
sed ne defendentem quidem probant sine acculeis
iracundiæ. Quæ etiam non adsit si tamen uerbis
atq; motu simulandam arbitrātur ut auditoris irā

sa nascentia:sic argumētū:quod crescēdo p
nitiosum est idē uitiosum ē nascendo:p̄tur
bationes aūt amplificatæ sunt noxiæ : ergo
nascētes & in ortu sunt pestiferæ:est aūt syl
logismus iteger cōstans ex propositione:as
sumptione.& cōclusiōe:propositio ē quæq;
nascētia:assumptio egritudines aūt.conclu
sio.Igitur & susceptæ.iterdū qnq; partitæ sūt
argumētationes in quibus est p̄positio.pro
positiōis approbatio. assumptio assumptio
nis approbatio & cōplexio. Quædam sunt
quadripartita argumēta.q̄dā bipartita: de q
bus apud philosophos & rhetoricos docto
res latissimæ disputatur. Ad moderatā in
iusticiam: Verum aliud ē moderatas eē pertur
bationes. Aliud moderatā iniusticiā & igna
uiam.perturbationes enī siue affectus ige
runtur a natura atq; iplicant:ut diuelli non
possint.iniusticia & ignauia nō sunt natura
les sed uolūtariæ: Partē ultiorum.non uideo
inquit Seneca:quo mō salubris esse aut uti
lis possit ulla mediocritas morbi. Imbecil
litas idulget:ibecillis primo est omnis affe
ctus deinde ipse se cōcitat:& uires dū p̄cedit
parat. Procliue.p̄cliuiter & uelut in p̄ceps.
Cotē fortitudis.ira inqt Arist. priceps peri
pateticorum necessaria ē nec q̄cq̄ sine illa expu
gnari pōt.nisi illa ipleat aīum ut spiritū accē
dat.utēdū aūt illa est nō ut duce. sed ut mili
te utilis inqt ira ē quia pugnatores facit: ut
scias inqt an ira hēat in se generosi aliqd li
beras uidebis gētes q̄ iracundissimæ sunt :
ut germāos & scytas.ubiq; Arist. iræ defen
sor est.aitq; effectus.quosdā siquis illis bene
utat p̄ armis esse & irā cūprimis quā cotem
fortitudis dicunt quia sicut cos acuit ferrū.
Ita ira acuit aīos & accēdit. ira legum p̄sidē
ciuitatisq; rectorē decet. aufer iram regi nō
mō nemo parebit.sed ēt de fastigio p̄cipita
bitur:imo uero ut Lactantii uerbis utar.cui
libet homini eripe hūc affectū qs eū nō spo
liabit?qs nō deridebit? quis nō afficiet iniu
ria?In deū cadit ira ne sit imobilis.irasci rō
nis est auferuntur.n.delicta & refrenat licētia stoici nō uiderunt esse duplicē irā.iustā & iniustā ideoq; eā pe
nitus excidere uoluerunt cū altera sit euellēda altera tēperanda cos aūt q̄ acutū ferrum reddere ualet exors
ipsa secandi uaria est.sunt cotes oleariæ.sunt cotes aquariæ.Pli.ait italiā dare cotes aquarias limæ uice ipe
rantes ferro idem in.xxxv.tradit creticas cotes acuendo ferro diu maximā laudē habuisse secunda laus est
laconicarum.Inter aquarias naxiæ cotis laus maxima fuit.ex oleo & aqua cilicie pollēt q̄dam cotes saliua ho
minis proficiunt q̄ in tonstrinarum officinis inutilis est fragili mollicia.flaminitanæ ex hispania in eo gene
re p̄cipuæ. Leuis ratiūculas dicūt peripatetici rōnes eorum esse futiles & ibecillas qui aiunt pugnādū eē p̄ legi
bus pro pr̄ia q̄ & illi fatent sed citra irā dicūt fortitudinē futurā mācā & debilē.opus.n.eē ira q̄ fortitudinē
acuat spirtū accēdat.mentes iflāmet. Excanduit.exarsit incaluit: Oratorē deniq;.oratorem inquit Aristo.
iratus aliq̄do melior ē.Sene.uero ait.nō iratus orator ē melior imo imitatus iratū.M.Ant.orator apud.M.
Tul.in lib.de ora.differēs p̄cipit in dicēdo irascēdū dolendū.flendū eē q in cā porāda nō dubitauit diloricare
tunicā aqlii rei.& iudicibus cicatrices aduersas senis iperatoris ostendere:neq;.n.fieri pōt ut doleat is qui au
dit ut oderit ut irascat ut ad fletū misericordiāq; deducat nisi oēs hi motus quos orator adhibere uolet iu

Deucalion desilinit
Syllogismus
Quiq; partitæ argumentationes
Perturbatiōes a natura
Iniustitia uolūtaria
Ira cos fortitudinis
Vtilis ira.
In deū cadit ira
Cotes oleariæ aquarie cretice cotes Flaminitanæ.
Orator M.Ant. diloricauti tunicā aqlii

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

Si uis me flere dolēdū: ipsi tibi

dici:in ipso oratore ipressi esse atq; iniusti uidebuntur. Virum uideri: a uirilitate uir & uirtute itelligēdus est:tanq̄ ille sit uere uir uereq; uirilis ac fortis:q̄ ira excandescat:attamē uotū satyrographi ē:nesciat irasci cupiat nihil. Lenitatē:lenitas & acerbitas opponunt̄.est enim lenitas mansuetudo quædam & benignitas lenitas legum a Cicerone dicta cum laude in orōne pro.C.rabirio.idē in inuectiuis lenitatis siue idētidem meminit. Lenitudinis nomine.Nonius Marcellus lenitudinē dici pro lenitate demōstrat:& nullus ignorat.sed hoc in loco nō lenitudinis lego sed lenitudinis.ut sit sensus.lenitudinē dici in hominibus: qui irasci nesciunt.pro lenitate siue lenitudine: q̄d nomē in uitio ē & cadit in uituperationē cū lenitas siue lenitudo i laude sit lentitudinē improbamus lenitatē probamus.lentos dicimus hoies qui non mouentur affectibus ac ueluti æquanimitate torpentes stupēt & tarditate pigrant̄.Propert.hostibus eueniat lenta puella meis.Pli.inuere uidet̄:lētū & lenitudinē deriuari a legumie:cui lens ē nomē:sic eni de lente scribit in.xyiii.translatū ē in lenticulas nomē.inuenio apud auctores æquanimitatē fieri uescētibus ea.M.Tul.in epistola ad q̄ntum fratrē didascalica:nō irasci inquit lētitudis est. Libidinē:cupiditatē ulciscendi.sic enim ira diffinitur: ē libido generale uocabulum omnium cupiditatum. Nisi quod libet:tanq̄ ab eo q̄d libet libido dicta sit:ex qua libidine siue cupiditate i animis flagrante præclaræ res a mortalibus cōficiantur. Noctu ambulabat in publico:

Vir

Lenitas

Lenitudo

Lenitudo

Lentiq;

Libido.

oratoris incendat actio.Virum deniq; uideri negāt q irasci nesciat.Eamq; quā lenitatē nos dicimus: uitioso lenitudinis noie appellāt.Nec uero solū hanc libidinē laudāt:est enim ira ut modo diffiniui ulciscēdi libido:sed illud ipsum genus uel libidinis uel cupiditatis ad summam utilitatē esse dicunt a natura datū.Nihil enim quemq̄ nisi q̄ libeat præclare facere posse.Noctu ambulabat in publico themistocles q̄ somnum capere non posset: querētibusq; respondebat.Milciadis trophæis se e somno suscitari Cui non sunt auditæ demosthenis uigiliæ: qui dolere se aiebat,si quādo opificium ante lucana uictus esset industria: Philosophiæ denique ipsius principes nuquam in suis studiis tātos progressus sine

exemplo themistoclis demostenis & aliorum:docet præclara fieri nō posse sine flagrāti libidine siue cupiditate:q̄ stimulus inflāmat excitatq; aios generosos ad magna capescēda ad noctes isomnes agēdas:ad labores exanclandos:themistocles neoclis filius:cum adhuc esset adolescēs inter potus & mulieres uolutabat̄: at postea q̄ persæ milciadis uirtute.& auspiciis in cāpis marathoniis profligati sunt:nihil amplius per itēperantiā facere uisus ē Miratibus tantā uitæ moruq; mutationē dicere solebat.milciadis trophea neq; sinere ipsum dormire:neq; ociosum ac desidem esse:itaq; themistoclis adolescentis uitia:magnis sunt emendata uirtutibus:de quo plutarchus.herodotus.thucidides:probus:emilius.cæteri satis multa:& quoniā in mentionem icidimus themistoclis in transcursu est pēsiculandus locus ex libro de senectute:ubi sic loquit̄ Cato portius:est istud q̄dem leli aliquid sed nequaquam in isto sunt oīa:ut themistoclem ferunt seriphio cuidam in iurgio respondisse:cū ille dixisset nō eum sua sed patriæ gloria splēdorē assecutū.nō hercle iquit. Si ego seriphius essē. Igōbilis:nec si tu atheniēsis esses.clarus unq̄ fuisses hactenus.M.Tul.uel apđ.M.Tulliū Cato in hoc aūt textu pensitandum est uerbum illud. Si ego seriphius essem ignobilis: utrum ignobilis: an nobilis legendum sit:& profecto siquis diligenter introspexerit medulam uerborum & sanguinem historiamq; perspexit.censebit legendum esse nobilis.non ignobilis:quod & uerba plutarchi græca demonstrant sic scribentis. αληθη λεγεσ ειπε αλλ ουτ αν εγω σεριφιοσ ων εγενομην επιφανησ ουτ εσυ αθηναιοσ.idest uera inquit dici.Verum neque ego seriphius existens essem clarus siue nobilis neque tu si atheniensis.Quod si legere lubet ignobilis:potiusquam nobilis:sicut habent pleriq; omnes codices: auctorem habebis platonem quem sequatis:ex cuius racemis.Mar.Tullius sibi uindemiam fecit:qui sic ait i primo de repub.uerum illud themistoclis pulchre se habet qui seriphio cuidam sibi per contumeliam obiicienti:quod non propter seipsum:sed propter eius patriam: tātā esset gloriam consecutus: ita respondit:equidem si ipse seriphius essem in eadem gloria uiuerem: tu uero si atheniensis minime: lectio superior magis quadrare uidetur: cum sententia Ciceronis: cui consimile est illud herodoti ex libro octauo qui tradit non seriphinm hominem sed belbitanum nomine timodemum fuisse:q̄ īfensus themistocli liuore insaniens crimini dabat itionē illius in spartam dicens, illum athenarum respectu non sui ab lacedemoniis honores assecutum & cum non faceret finem talia dicendi. inquit ei themistocles.o homo ita res habet: nec ego si belbitanus forem sic a spartanis honoratus fuissem nec tu etiam si esses atheniensis.

Exēplū Themistoclis

Amussitatus locus Cic. ex catōe Seriphius ignobilis Vindemia ex racemis platōis Exēplū belbitāi Prouerbium demosthene Vigiliæ demosthenis

Demosthenis uigiliæ nimium studium in orationibus componendis. Demostheni Regulo oratorū pytheas & alii obiicientens dicebant.τα του εκεινου ελλυχνιων οζειν. Hoc est opera illius lucernam olere.Demosthenes enim flagrans studio eloquentiæ iugiter lucubrabat.& ut auctor est Plutarchus.sæpe duos uel tres mēses cōtinuos domi iclusus sine intermissione studebat abrasa parte capitis ut exeūdi facultatē sibi ipsi præriperet.Dicitur in eo quoq; tantū studiū fuisse tantusq; labor ut ipedimenta naturæ.Balbus enim erat diligentia iodustriaq; superauerit qui coniectis in os calculis summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciare cōsuescebat neq; consistens loco sed inambulans atq; ascensu arduo ingrediens. Diuus Hiero.in hanc sniam sic scribit demosthenes plus olei q̄ uini expēdisse dr̄ & oēs opifices nocturnis semp uigiliis pueniisse. Lustrasse pythagorā.Pli.in.xxx.refert pithagorā democritū platonē ad magiā discēdā naufragasse exiliis uerius quā perigrinationibus susceptis.Hieronymus in prologo ueteris instrumenti:legimus

Plus olei q̄ uini expēdit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

inqt quosdam lustrasse prouincias nouos adiisse populos maria transisse cupiditate studiorum sic pythagoras memphyticos uates sic Plato egyptum laboriosissime peragrauit dum litteras quasi toto orbe fugiẽtes persequitur. Democritus cõsectatus magos de magica scripsit patrimonium suum patriæ donauit quo expeditius peregrinaretur philosophareturq;. Egritudinem a natura peripatetici tristitiam quæ egritudo est dicũt utiliter necessarie prouidẽter a natura datam esse hominibus sicut reliquos affectus ut scilicet hominem doleãt in delicto & conscientia mordeantur quæ mille testiũ loco ẽ quæ res ꝓficit ad recte uiuendũ.

Pythagoras Plato. Lustratores orbis: Democritus.

flagranti cupiditate facere potuissent. Vltimas terras lustrasse Pythagoram. Democritũ. Platonẽ accepimus. Vbi.n.quod esset quod disci posset: eo ueniendum iudicauerunt num putamus hæc fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse.: ipsam ægritudinem: quam nos ut tetrã & immanẽ beluã fugiendam eẽ diximus nõ sine magna utilitate a natura dicũt cõstitutã. ut oẽs castigatiõibus. reprehẽsiõibus: ignominiis affici se ĩ delicto doleret. ĩpunitas.n. peccatoꝝ data uidet̃ eis q & ignominiã & ĩfamiã ferũt sine dolore. Morderi ẽ melius cõsciẽtia: ex quo ẽ illd̃ e uita ductũ ab Affrãio. Nã cũ dissolutus filius heu me miseꝝ dixisset. tũ seuerus pater: dũmõ doleat aliqd doleat quod lubet. Reliquas quoq; partes ægritudinis utiles esse dicũt: Misericordiam ad opem ferendam: & calamitates hominum ĩdignorum subleuandas. ipsum illud æmulari obtrectare non esse inutile: cum aut se non idem uideat consecutum qd̃ alium: aut alium idem quod se. Metum uero si qs sustulisset omnem nitæ diligentiam sublatam fore quæ summa esse in eis: qui leges: qui magistratus: qui paupertatem: qui ignominiam: qui mortem: qui dolorem timerent. Hæc tamen ita disputant: ut resecanda esse fateantur: euelli penitus dicant nec posse: nec opus esse. Vt in omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existiment. Quæ cum exponunt nihil ue tibi uidentur: an aliquid dicere. A. mihi uero dicere aliquid: itaq; expecto quid ad ista. M. reperiam fortasse: sed illud ante: uides ne quanta fuerit apud academicos uerecundia? Plane enim dicunt quod ad rem pertineat: peripateticis respondetur a stoicis. Digladientur illi per me licet: cui nihil est necesse: nisi ubi sit illud, quod uerisimillimũ uideatur inquirere. Quid est igitur quo occurrat in hac quæstione e qua possit attingi aliquid uerisimile quo longius mens humana progredi non potest: diffinitio perturbationis: qua recte zenonem usum puto. Ita enim definit ut pturbatio sit auersa ratione contra naturã animi commotio. uel breuius. ut perturbatio sit appetitus uehementior. Vehementior autem itelligatur is q procul absit a naturæ cõstãtia. Quid ad has diffinitiões possim dicere: atq hæc pleraq; sunt prudẽter acuteq; disserẽtiũ:

Ignominia sine dolore is impune peccat: q ignominiæ notã: infamiæ sugillationem nihil pendit: quam uerentur omnes probi: nam ut ante dictum est uir generosus existimat nullum malum esse peius dedecore & ĩfamia. Ab Afranio: poeta hic fuit: cõditor togatorum clarissimus: de quo oratius: dicitur Afranii toga conuenire menandro hũc ait Quintilianus inquinasse argumenta fedis amoribus puerorũ: inducebatur ab afranio ĩ fabula dissolutus filius: qui castigatus a patre & cõscientia teste affectus ita dolẽter loquitur: heu miserum me: quo audito pater letatus ꝙ filiũ dolentem ex delicto uidebat: subiũxit doleat: qd̃ libet dũ modo aliqd doleat ostendens ægritudinẽ salubriter cõstitutã esse: hoc Afranius usurpat in epistolis ad atticũ cum ait sed tamen dum modo dolẽda aliquid doleant quid libet.

Afranius togatarius

Egritudinis partes singulis perturbationibus partes plures subiiciuntur: ægritudini subiecta sunt misericordia: emulatio: obtrectatio: luctus: angor: lamẽtatio & alia cõplura. Obtrectare: Dixit supra obtrectatio est ea: quã ĩtelligi zelotypiam uolo: egritudo ex eo: qd̃ alter quoq; potiatur eo: quod ille concupierit. Metum: Xenophon ĩ oecomonico & columella: prodiderunt metum utilem eẽ plurimumq; conferre ad diligentiam custodiendi. Resecãda esse: peripatetici affectiones mediocriter temperant resecantes: quæ nimia sunt: stoici radicitus euellunt ac penitus extirpant. Mediocritatem optimam: dicũt αρετασ ειμοιτασ μεσοτητασ uirtutes eẽ mediocritates aurea ab oratio mediocritas cognominatur: ex q̃ ẽ illud ꝓbabile in oĩ uita μιδεν αγαν.i. ne quid nimis.

Dum doleat aliquid

Aurea mediocritas

Apud acade. uerecũdia hoc iõ ĩserit ut ostẽdat acadẽicos ob uerecũdiã nõ audeñ pipateticis cõtradicere qbus stoici utpote ĩuerecũdiores libere respõdent ĩ epistola ad papiriũ petũ ego seruo & seruabo sic.n. assueui platonis uerecundiã. Digladientur dissideãt dissentiãt depugnẽt: tractũ uerbũ a gladiis & gladiatorio certamĩe hierõymus uidi duos digladiãtes Ci.i.i. acadẽicoꝝ ꝙ antipater digladiat̃ cũ carneade tot uolũinibus Sẽsus ẽ stoici & pipatetici ĩter se dissideãt atq; depugnẽt ꝓut lubet: cũ id nihil ad me q nulli sectæ addictus nihil necessario ꝓbare cogor sed id sequor qd̃ uerissimillimũ uideat̃: ex ĩstituto socratico acadẽicaq; disciplĩa. Diffinitio ex diffinitiõe pturbatiõis secũdũ zenonẽ colligit ratiões ꝓbabiles ad cõfutãda decreta peripateticoꝝ in moderãdis perturbatiõibus nã si pturbatiõis diffinitio ꝓba est

Platõis uerecũdia. Digladiari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

Videlicet commotio animi cõtra naturam auersa. A ratiõe omnis perturbatio etiam modica erit repudianda: tanq̃ rationi contraria: & procul a naturæ cõstantia. Ardores animorum: peripatetici iram utilem esse necessariamq; asserentes appellant ardores animorum: & cotes uirtutum impetus illos iracundiæ: qua animi accendũtur & uirtus acuitur. Nunc Cicero ex stoica doctrina differit aduersus sententias peripateticorũ. Gladiatorium id quidem scilicet stomachari: indignari: ira excãdescere. In eis gladiatoribus. In illo genere scilicet gladiatorũ: ex quibus alii: retiarii: alii mirmylones dicebãtur: quidã secutores: quidã tunicati: quidã thraces dicti: emeritos rudiarios appellãt: de quibus affatim apud Suetonium.

Genera gladiatorum. Rudiarii.

Pacideianus: nomen est famosi gladiatoris: cuius meminit oratius in sermonibus: cũ ait: qui peccas minus atq; ego cũ fului rutubæq;: aut pacideiani contento poplite miter prælia rubrica picta aut carbone: uelut si reuera pugnent: feriant uitentq; mouẽtes.

Pacideianus. de quo oratius

Occidam illum: uersus lucilli ex persona pacideiani gladiatoris irato animo pugnãtis aduersus alterũ gladiatorẽ. In os idest ipse prius uulnerabor in ore ab aduersario: quã ego illum cõfodiam. Sura: pulpa cruris: suras esse homini tantũ & crura carnosa testis ẽ Plinius in .xi. apud auctores reperit̃ i egypto quædã nõ habuisse suras. Progredientẽ apud homerum aiacem: homerus ĩ septimo illiados: ĩducit hectorem proceres græcorum ad singulare certamen prouocãtem: ex quo nouem sortes in galeam deiecerunt constituentes ut ille pugnaret cuius sors exisset: fuerunt autem hi: Agamẽnon: Diomedes: duo Aiaces. Idomeneus meriones Eurypilus: Thoas & Vlyxes: quibus sortiẽtibus: interea milites obsecrabãt ut aiacis telamonii aut diomedis: aut agamẽnonis sors exiret: atq; ita euẽit: aiacis quem potissimũ cupiebãt sors ꝓlata est: qui armatus progressit in medium sicut ingenti corpore ita animo quoq; ingẽti: ridẽti uultu pleno gradu trabalem lanceã quatiens quo uiso græci letati sunt: troiani metu perculsi adeo ut ipsum quoq; hectorem corde ob metũ uehemẽtius palpitãte ꝓuocasse peniteret aiax propius hectorem accessit allocutusq; ẽ eiq; respondet hector mox cõgressi mutuis ictibus impetunt adoriuntur lacescunt hector saxo enormi percussus resupinat̃ direpto p precones certamẽ laudat hector robur aiacis seq; ambo honorificis muneribus uicissim ꝓsequuntur hector ensem aiaci dono dat ille hectora baltheo pulcherrimo remunerat̃ atq; ita mutuis donati muneribus ĩ diuersum uterq; digressi ad suos reuerterũt.

Sura

Sortes nouem

Sors aiacis

monomachia hectoris & aiacis

Mutua dona

illa quidẽ ex rhetorũ pompa ardores: animorũ cotesq; uirtutũ an uero uir fortis nisi stomachari cœperit nõ potest fortius eẽ: gladiatorum id quidem quamq̃ in eis ipsis uidemus esse sæpe constant iam: colloquuntur. congrediuntur: querũtur aliquid postulant: ut magis placati quam irati esse uideantur. sed illo genere sit sane pacideanus aliquis hoc animo: ut narrat Lucillius. Occidam illum equidẽ & uincam si id quæris ĩquit. Verum illud credo fore in os prius accipiam ipse. Quam gladium in stomacho sura ac pulmõibus sisto. Odi hominem iratus pugno: nec longius quicquam Vobis: quã dextræ gladium dum accommodet alter. Vsq; adeo studio atque odio illius efferor ira. At sine hac gladiatoria iracũdia uidemus progredientẽ apud Homerum Aiacem multa cũ hilaritate: cũ depugnaturus esset cum hectore: cuius ut arma sumpsit ingressio læticiam attulit sociis terrorẽ autem hostibus: ut ipsum Hectorem quemadmodum est apud Homerum. totum pectore trementem prouocasse ad pugnam pœniteret. Atq; hi collocuti inter se priusquã manum consererent leniter & quiete. nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabiose ue fecerũt. Egone Torquatum quidem illum qui hoc cognomen inuenit: iratum existimo gallo torquem detraxisse Nec Matcellum apud Clastidium ideo fortem fuisse: qa fuerit iratus. De Africano quidẽ quia notior est nobis propter recentem memoriã uel iurar̃ possum: non illum iracundia tum inflãmatũ fuisse: cũ in Acie. M. Haliẽnum pelignũ scuto protexit: gladiumq; hosti in pectus infixit. De. L. Bruto fortasse dubitarim an: propter infinitum odium tyranni

Torquatum illum historia manlii torquati: satis nota: qui gallum prouocatorem cõgressus occidit: eiq; iacenti torquem aureum detraxit: sibiq; induit: ex quo sibi & posteris peperit torquati cognomen: torquati quoq; milites dicti torquibus insigniti: ut docet uegetius. Apud clastidium: marcellus qui dictus ẽ ob excellentem fortitudinem gladius romanorum: qui Annibalem uinci posse docuit: uiridomarum gallorũ prælio occidit: eiq; detracta opima spolia consecrauit Ioui pheretrio: de quo apud Propertium in quarto cõmentario fusius scripsi: id autem factum est apud clastidium oppidulum in ripa padi situm. Plutarchus non uiridomarum sed brictomartum appellat regem illum: quem marcellus obtruncauit ingenti corporatura præditum: mox fusis hostibus Mediolanum cepit. De Africano: neotheron: idest iuniorẽ Africanum intelligit: qui emilianus dicitur: qui prouocatorem singulari prælio uicit. Plinius & Varro auctores sunt hunc Africanum obsidionali corona donatum esse in Africa manilio consule: Cohortibus seruatis: totidemque ad seruandas eas eductis: hic duos Romani ĩperii terrores sustulit carthagine: numantiaq; deletis. Haliẽnum: nomen proprium in uertinis: mentio fit alterius haliẽni Tyrãni, tarquini supbi: & filii.

Torquatus a torque. Clastidium. Emilianus obsidionali corona donatus.

Effrenatius in aruntem brutus uindex Romanæ libertatis exactor tarquinorum primus consul in prælio cōgressus est aduersus aruntem tarquinii superbi filium qui inflammatus ira ubi brutum esse cognouit cō citat calcaribus equū atq; in ipsum infestus dirigit sensit in se iri brutus auideq; se certamini offert adeoq; i festis animis infestisq; telis concurrunt ut cōtrario ictu uterq; transfixus duabus herentes hastis moribūdi ex equo lapsi sint historiam luculenter copioseq; perscribunt Liuius Dionysius Plutarchus. Cominus ꝓpe eminus procul. Insanire cæperit iram enim breuem insaniam esse dixerunt. Cum erimantheo apro

Brutus in aruntem. Tarquinium

effrenatius in Aruntem inuaserit. Video enim utrū que cominus ictu cecidisse contrario. quid igitur huc adhibetis irā: an fortitudo nisi insanire cœpit: impetus suos non habet: quid Herculem quem in cælum ista ipsa: quam uos iracundiam esse uultis: sustulit fortitudo: iratum ne cēses conflixisse cū eri mantheo apro: aut leone nemeo: an etiam Theseus marathonii tauri cornua comprehendit iratus: Vide ne fortitudo minime sit rabiosa: sitq; iracūda tota leuitatis. Neq; enim est ulla fortitudo: quæ rationis expers est: cōtemnendæ sunt humanæ res: negligenda mors ē. patibiles & labores & dolores putādi. hæc cum constituta sint iuditio atq; cōstanti sententia: tum est robusta illa & stabilis fortitudo: nisi forte quæ uehementer acriter animose fiunt: iracunde fieri suspicamur. Mihi uero ne scipio quidē ille pontifex maximus qui hoc stoicoꝝ uerū esse declarauit: nunquā iratum esse sapientem: iratus uidetur fuisse: cum. T. Graccho: tum cum consulem languentem reliquit: atq; ipse priuatus: ut si consul esset: qui rem pu. saluam esse uellet: se sequi iussit. nescio ecquid ipsi nos fortiter ī rep. fecerimus si quid fecimus certe irati non fecimus. An est quicq̄ similius insaniæ quam ira: quam bene Ennius dixit initium īsanię. color: uox: oculi: spiritus: īpotētia:

iter duodeci herculis labores famigeratos ē aper erimanthius & leo nemeus eurystheus enim herculi iniunxit ut aprum erimantium archadie uastantem agros uiuum caperet quod & si arduum factū uidebatur tamen hercules prudentia ut uiribus usus facile prudentia & uiribus usus facile perficit. Viuumq; aprum ad eurestium deportauit. quo ille uiso pauefactus se in æreo uase abscondit reliqua de leone nemeo & hercule inuulgata litteræ interiores tradunt herculem esse solem quasi heraclem idest herascleos quod significat iunonis idest aeris gloriam quæ porro alia aeris gloria nisi solis illuminatio: qui duodecim signe Zodiaci annuo cursu lustrat: & ob hoc dictus duodecim labores exanclasse. Illud quoq; obiter annotandum: quod annotatu dignissimū est: herculem inter cætera cognomēta Alexicacon quoq; cognomiari: ab eo quod esset defensor hominum: depulsorque malorum Apud rhodios hercules colebatur cū conuitiis ac maledictis: causam refert Lactantius in primo. Maratonii tauri: theseus herculis imitator: cuius nomen in ore semper habebat: coryneporos: idest: clauā ferens marathonium taurum comprehendit per magna detrimenta inferentem: eū que ab hercule olim ex creta in peloponessum traductum athenas uiuum peruexit: quem egeus pater sacrauit apollini. Auctores Diodorus: & Plutarchus. Theseis tonsuræ genus est a theseo nuncupata. qua anteriores capilli tondentur: est autem marathon oppidum atticæ regionis. incam

Erimātium aper.

Hercules sol.

Alexicacos.

Hercu lem coli cū male dictis.

Corinephoros

Taurus marathonius

pis marathoniis milciades persas funditus deleuit. Quæ rationis expers: cum fortitudo uirtus sit sine ratione esse non potest: ferocia enim illa rationis expers temeritas & audatia est de qua ait oratius. Vis consilii expers mole ruit sua: fortitudo enim ut definiunt philosophi: est cōsiderata periculorum susceptio & laborum perpessio: in meditullio timoris & audatiæ posita. Patibiles: morbi & labores patibiles dicuntur: qui ferri tollerariq; & possint & debeant: sicut econtrario impatibiles morbos & cruciatus dicunt intollerabiles asperrimosq;: quos ob magnitudinem ferre non possumus: dicitur & patibile in actiua significatione quod pati potest: sicut ipatibile quod pati non potest: Lactantius impatibili oriri non posse. Scipio ille pōtifex: scipionem nasicam intelligit: qui rem publicā faucibus oppressam pestifera tiberii gracchi manu strangulari passus non est. Nam cum tiberius gracchus in tribunatu profusissimis largitionibus & agrariis legibus fauorem populi occupasset & rempublicam perturbaret: Conuocatus renatus a cōsule Mutio Sceuola deliberabat quidnam in tali tempestate faciendum esset: cunctisq; censcentibus ut cōsul armis rempublicam tueretur: Sceuola negauit se quicquam ui esse acturū: tum scipio nasica quoniam inquit consul dū iuris ordinem sequitur: id agit ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat: ego priuatus uoluntati uestræ me offero: ac deinde leuam manum parte togæ circundans sublata dextra proclamauit: qui rem publicam saluam esse uolunt me sequantur eaque uoce gracchum cum scelerata factione: quas merebatur penas persoluere coegit hic ut ait Augustinus in primo de ciuitate dei cum esset pontifex maximus theatrum constitui uetuit ne græca luxuria obreperet ad uirtutem romanorum labefactandam sensus est scipionem non iratum compræssisse impetus tribunitios Tiberii Gracchi. Si quid fecimus: hoc referendum est ad coniurationem Catilinæ quam Cicero detexit uindicauitque significat autem se non iratum sumpsisse supplicium de coniuratis qui in tulliano morte mulctati sunt. Initium dixit insaniæ Oratius ait. Ira breuis furor est quidam e sapientibus uiris iram dixerūt esse breuem insanië. Ennius dixit

Theseis tonsura

Fortitudo quæ

patibiles

impatibiles

Exēplū scipiōis. nasicæ

Qui rē pu. saluā uult me sequatur.

Ira breuis insania

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1472/D

Initium insaniæ impotens enim sui est decoris oblita: ut scias inquit Seneca nõ esse sanos: quos ira posse/dit. ipsum illorum habitum intuere: flagrant emicant oculi irascentiũ: multus ore totus rubor est: labia quatiuntur: dentes cõprimuntur: capilli subriguntur: spiritus stridens est. Gemitus mugitusq; ut parum explanatis uocibus. Sermo præruptus: & cõplosæ sepius manus: & pulsata humus: pedibus feda uisu & horenda facies. Deprauantium se atq; intumescentium. Achille homerico fedius: Homerus ĩ prima illiados achillem iracundia estuantem scribit. In iurgio aduersus agamẽnonẽ strinxisse gladiũ: illius trucidandi causa: sed eũ pallas cohibuit. Agamẽnõ quoq; furenter irascitur aduersus eundẽ achillẽ: ob chryseida patri redditam: lege Homerum latissime id totũ explicantẽ: de achille dixit Oratius: Impiger: iracũdus ĩexorabilis: acer. Idẽ de agamẽnone & achilie loquens ait: hunc amor ira quidem communiter urit utrunq;

Signa irascentium

Achilles iracũdissimus

Aiacẽ ira. Seneca in hanc sententiam. Aiacem in mortem egit furor: in furorem ira nã cũ resciuiscet quæ fecisset p ĩsaniam icubuit gladio. Insani faciũt uehementius: Insane dixerũt ueteres cũ dicere uellent uehementer: Propterea quod insani ut interpretatur. M. Varro faciũt oĩa uehementer. Sũmam rẽ perficit: narrat homer⁹ ĩ. xy. illiados quẽadmodũ græci fuga cõsternati sunt: utque hector: cui iuppiter fauebat ĩpetũ fecit ad classem græcorũ cremandã: cui rei unus potissimũ aiax restitit arcẽs flãmam cõfodiens troianos ĩcẽdiarios. Exortãs suos ad hostẽ repellendũ: & ita rem græcorũ labantẽ inclinatãq; restituit: hinc ait apud Ouidiũ ĩ. xiii Nempe ego mille meo protexi pectore pupes spem uestri redditus. Stomacho Indignatiõe & iracundia: inde stomachosus: & stomachabũdus dicitur indignabũdus iracũdusq; mouere stomachum significat ĩdignationẽ bilẽq; atq; iracũdiã excitarẽ. M. Tullius nõ illi ut mihi stomachum facerẽt: quẽ ego funditus perdidi: sed certe ut facere se arbitrarentur. Fortitudo est igitur in rethoricis ita difinitur: fortitudo ẽ rerũ magnarũ appetitio: & rerum humilium contemptio & laboris cum utilitate rationis perpensio: & alibi fortitudo est considerata periculorũ susceptio & laborũ perpessio: græci andrian uocant. Spheri nomẽ est philosophi: cuius alibi. M. Tulli. & Quintilianus meminerũt.

Insane p uehementer

Aiax apud ouidiũ

Stomachabuudus

Mouerẽ stomachum

Fortitudo

Andria

Notiones: conceptiones & intelligentias: græci notionem uocant ΕΝΝΟΙΑΝ de qua supra diximus. Inuolutam: diffinitionis officium est ut euoluat inuoluta explicet implicita. retegat operta. Male olere cenum. Augustinus in primo de ci. dei: pari motu exagitatum exalat Horribiliter cenũ & suauiter flagrat unguentum. Senties: quia ex agitatũ spirat graueolentiam. Qualis est cum uxore peripatetici ecclesiasticiq; docto res iustum necessariumq; esse tradũt uti ira aduersus minores cuius affectus nobis datus est ad coercenda peccata: eorũ qui sunt ĩ nostra potestate ut filiorum uxoris famulorum qui arctiore disciplina ad probitatem formandi sunt quorum ætas nisi metu cohibeatur licentia fient deteriores & ab omne flagitium facinusque præcipites.

Notio.

Ira necessaria ad coertionẽ.

dictorum atq; factorum quam partem habent sanitatis: Quid Achille homerico fœdius: Quid Agamemnone in iurgio: nam Aiacem quidem ira ad furorem mortemq; perduxit. non igitur quidem desiderat fortitudo aduocatam iracundiam. satis est instructa: parata armata per sese. nam isto modo q dem licet dicere utilem uinolẽtiam ad fortitudinẽ: utilem etiam dementiam. Quod & insani & ebrii multa faciunt uehementius: semper Aiax fortis tamen fortissimus in furore. nam facinus fecit maximum cum danais inolinantibus summam rem perfecit. Manus prælium cum restituit insaniens. dicamus igitur utilem insaniam: tractata diffinitione fortitudinis: intelliges eam stomacho non egere. fortitudo est igitur animi affectio legi summæ in perpetiendis rebus obtemperans. Vel conseruatio stabilis iudicii in eis rebus: quæ formidolosæ uidẽtur subeundis & repellẽdis uel scientia rerũ formidolosarũ contrariarumq;: aut omnino negligẽdarum cõseruans earum rerum stabile iudicium: uel breuius ut Chrysippus. nam superiores diffinitiones erant spheri hominis in primis bene diffinientis: ut putant stoici. sunt enim omnino oẽs fere similes: sed declarant cõmunis notiones alia magis alia. Quomodo igitur Chrysippus. Fortitudo est inquit scientia preferendarum rerum: uel affectio animi in patiendo ac perferendo summę legi parẽs sine timore. Licet enim insectemur istos: ut Carneades solebat: metuo ne soli philosophi sint. Quæ. n. istarum diffinitionum non aperit notionem nostram quam habemus omnes de fortitudine tectã atq; inuolutã: qua aperta: quis est q aut bellatori aut ĩperatori aut oratori q̃rat aliqd. neq; eos existimet sine rabie quicquã fortiter facere posse: qd stoici: qui omnes insipientes ĩsanos esse dicũt: nõne ista colligũt: Remoue perturbationes: maxieq; iracundiã: iam uidebuntur monstra dicere. Nũc autem ita differunt sic se dicere: omnes stultos ĩsanire: ut male olere omne cœnum. At non semper. commoue: senties: sic iracundus non semper iratus est Lacesse. iam uidebis furentem. quid ista bellatrix iracũdia: cum domum rediit qualis est cum uxore: cum liberis cum familia. An tum quoq; est utilis. Et igi/